Qui ait. Aut septem annis veniet tibi fames in regno tuo. aut tribus mensibus fugies ad verarios tuos. aut tribus diebus erit pestilentia in populo tuo. Et ait dauid: Coartor nimis. quod dicitur. Si famem eligo. pauperum erit supplicium non divitum. Si victorias hostium supplicium erit exercitus et non meum. quod circumvallator fortissimis. Eligam ergo communi plagam regi et plebi. Melius est enim ut incidam in manus domini misericordis quam in manus hominis. Misit ergo dominus pestilentiam in israel de mane usque ad tempus constitutum. id est usque ad horam prandij secundum iosephum. vel usque ad horam sacrificij vel pertinet secundum alios. et mortui sunt de populo extra hierusalē septuaginta milia virorum. In paralipomenon legitur fere trecenta milia. Et autem beatus ibi positum numerum plebis. habet autem numerum nobilium. Porro cum extendisset angelus percussor manum suam ad hierusalem. ut disperderet eas et staret iuxta aream arenam iebusei. quod et ornandus vidit eum stantem dauid. gladio enaginato et clamavit. Ego sum qui peccavi. isti qui oves sunt quod fecerunt. Certat obsecro manus tua contra me et contra domum patris mei. Et misertus dominus ait ad angelum: Sufficit contine



# Historia

manū tuā. In illa die dixit gad ad dauid: Cōstitue altare domino in area areuma iebusei. et ascēdens dauid dixit ad areuma: Vende mihi aream tuā vt edificem ibi altare dño. 7 cesset iterfectio. Qui rñdit. Accipiat eam dñs meus gratis. Habeat q̄ boues in holocaustū. 7 plaustra. 7 iuga bouum in vsum lignorum. Et ait rex: Nequa q̄. sed emam p̄cio. 7 offerā dño holocausta gratuita. Emit ergo dauid aream sexcentis siclis auri. vt in paralipomenon legitur. et boues argēti siclis q̄nquaginta. 7 edificauit ibi altare dño et obtulit holocausta 7 pacifica et ppiciatus ē dñs terre. Hic ē mons mozia vt aiunt hebrei. in quo abraā voluit offerre filiū. et obtulit arietē p̄ eo. Ea tēpestate tabernaculū 7 altare qd̄ fecerat moyses erant in excelso gabaon. lz arca eēt in hierlm. Cū q̄ pphetasset gad tēplū ibi futurū decreuit dauid. vt ille locus vocaret̄ area ppli.

## Sequūtur tituli capitulorū in historiā regum tertii.

De vnctione salomonis in regē.	ca. j.
De sc̄da vnctiōe salomonis.	ca. ij.
De morte dauid.	ca. iij.
De morte adonię. 7 ioab 7 semei.	ca. iiij.
De somno salomonis.	ca. v.
De iudicio meretricū.	ca. vj.
De prefectis salomonis et inuentione exorcisimoz.	ca. vij.
De operarijs templi.	ca. viij.
De edificatione templi.	ca. ix.
De ornatu inferioris dom⁹.	ca. x.
De duobus cherubin.	ca. xi.
De porticu.	ca. xij.
De cubiculis et cenaculis hebdomadariorum.	ca. xij.
De atrio sacerdotū.	ca. xiiij.
De atrio mundoz.	ca. xv.
De atria mulierū.	ca. xvj.
De atrio immūdoz.	ca. xvij.
De altari 7 mari gneo.	ca. xvij.
De luteribus.	ca. xix.
De vasis altaris.	ca. xx.
De dedicatione templi.	ca. xxj.

De domo saltus.	ca. xxij.
De basilica 7 domo regia.	ca. xxij.
De oppidis datis hyram.	ca. xxiiij.
De operibus salomonis.	ca. xxv.
De regina saba.	ca. xxvj.
De aduersarijs salomonis et morte eius.	capitulum. xxvij.
De roboā 7 diuisione regni.	ca. xxviiij.
De ieroboā 7 abdo 7 vitulis.	ca. xxix.
De morte ieroboam.	ca. xxx.
De abia.	ca. xxxj.
De aça et regibus israhel nadab et baasa et hela.	ca. xxxij.
De çamri et amri.	ca. xxxiiij.
De achab 7 iecabel 7 helia.	ca. xxxiiij.
De sacerdotib⁹ q̄s iterfecit helias.	ca. xxxv.
De fuga helię 7 vocatione helisęi.	ca. xxxvj.
De prima obsidione samarię.	ca. xxxvij.
De victoria achab.	ca. xxxviij.
De vinea naboth.	ca. xxxix.
De iosaphat.	ca. xl.

## Tertii reguz de vnctione salomonis in regem. Capitulu. i.

### Incipit secū

dum hebreos malachim quod sonat regū. qz lz in p̄cedenti ope actum sit de duob⁹ regib⁹ hebreozum nō simul regnantib⁹. tñ qz in isto opere agit de regibus qui simul regnauerunt in iuda 7 israhel merito reguz dicit. Et rex dauid senuerat. Cūq̄ operiret vestibus non calefiebat. 7 inuenerūt ei abysag sunamitē puellā pulchram nimis q̄ dormiebat cū rege. 7 calefaciebat eū 7 ministrabat ei. Rex vero non cognouit eā. Adonias aut̄ quart⁹ filius dauid cū esset p̄mogenit⁹ iter sup̄ stites filios regis. fiducia habuit regnandi. 7 fecit sibi currus et equites. nec corripuit eū pater et hmo ei⁹ erat cū ioab 7 abiathar sacerdote. Alij vero ministeriales regis 7 robur exercitus nō erant cum eo. Preparauit aut̄ adonias solēne puiniū i horto regali iuxta fōtē rogel. 7 vocauit filios regis 7 senos robu



# Regum tertii

stos autem et sibi non fauētes et salomonē non vo-  
cauit. Nathan autem monuit bethsabee ut in-  
traret ad regē et posuit verba sua in ore eius.  
Quę ingressa ad regē ait: Dñe mi tu iura-  
sti ancille tuę. Salomon filius tuus regnabit  
post me et ecce nunc adonias regnat te igno-  
rante. Cumque alijs vocatis ad puium filium me-  
um non vocauerit scio quod cum dormieris cum pa-  
tribus tuis ego et filius meus erimus peccatores et  
iudicabimur morte digni ego ut adultera  
ille ut adulterę filius. Adhuc ea loquēte intra-  
uit nathan et ait: Dñe mi rex dixisti tu: Ado-  
nias regnet post me et non indicasti mihi ser-  
uo tuo. Et ait rex ad bethsabee: Uinit dñs  
quę eruit aīas meā ab omni angustia quia sicut in-  
raui tibi sic faciā hodie. Et dixit ad sadoch  
et nathan et bananiā: Tollite vobiscum suos  
dñi vestri et imponite salomonē filium meum su-  
per mulam meam et vngant eum in regē sa-  
doch et nathan ad fontē geon et canētes po-  
nite eum super solium meum. Et misit bananias  
amē. Superstit autem sadoch cornu olei de taber-  
naculo et inunxit eum et cecinerunt buccina et  
dixit omni populo. Uinat rex salomō et insonu-  
it terra a clamore eorum et sedēte salomōe super  
thronum adorauit dauid in lectulo suo deus  
quę dederat ei sedentem in solio in oculis suis.  
Porro adonias et inuitati ab eo cum estima-  
rēt tumultum ortum in ciuitate cucurrit ad eos  
ionathas filius abiathar indicās eis quę facta  
fuerāt et abiit vnusquisque in domum suam. Adoni-  
as autem timēs salomonē abiit in tabernaculum  
et tenuit cornu altaris thimiamitis dicens  
senō egressurum nisi rex iuraret ei de vita con-  
seruanda et iurauit ei salomō dicens: Uade  
in domum tuam.

De scda vncione salomonis.

Capitulum II.

**U**lens autē da-

uid ostēdere populo se filium regē fecis-  
se congregauit in isrl principes vniuersos sacer-  
dotes et leuitas et inuncto itez salomone et  
et confirmato ab omni regno salomōis: coram  
omni populo precepit salomoni de legum custodia et iu-  
sticia et pietate. Et precepit ut edificaret tem-

plum dño dicens se iam preparasse ei auri decem  
milia talenta argenti vero centum milia ferri ve-  
ro et eris super numerum lapidum quibus et lignorum  
maximam copiam. Leuitas quibus diuisit in tres or-  
dines in aaronitas moysaitas et leuitas.  
Aaronitas quibus diuisit per generationes et inue-  
nit de eleazar xvij et de ythamar viij. Et ele-  
git ex vnaquaque illarum vnū pontificem pre-  
cipiens ut singuli ministrarēt a sabbato in sab-  
batum sadoch tamen et abiathar preessent vniuersis  
Et preceperunt sortē coram rege de hebdomatibus  
ordinandis. De leuitis vero instituit curato-  
res fabricę templi xxiiij alij habent xxiiij milia  
Hic dicti sunt nathan

nei. Iudices autem Qui erat de genere  
populi et scribas sex ia- hely obtinebat prima-  
nitores autem domus tum.

dei vij alij habent iij  
milia et totidem que hymnos dicerent. Post hec  
diuisit exercitum in cohortes xij. Habebat autem  
cohortis xxiiij milia quę precepit salomonem  
obseruare per trecetos dies. Moysaitas vero  
aliquantulum honorauit. Fecit enim eos custo-  
des thesaurorum dei et vasorum que reges deo di-  
care pertingeret et collectę ecclie omnes dispositi-  
onem suam indicauit. Deposcēs filios suos ut  
non grauer ferrēt minimū in salomonē inter  
eos sublimatum quia deus sic mandauerat sicut  
et ipse dauid minimus inter fratres inunctus  
fuerat. Descriptionē vero omnes et constitutionē  
edificij templi omnibus suadetibus salomo-  
ni tradidit. Sed et tunc oblatiōis primitias  
faciens tria milia talentorum auri obtulit  
ad aditum et currum dei faciendum in quo et  
cherubin esset sub quo

prestituerunt arcam. Currum dicit cibureū  
preces vero et sa- reū id est cooptorium  
cerdotes et leuitę et se Libureū iij columnis  
niores populi obtulerūt erectum sub quo arca  
auri talenta quinq; et cherubin essent ut  
milia et stateres de- fit in multis locis su-  
cem milia argenti ve- pra corpora sanctorum.  
ro decem milia et lapi

des preciosos plures que custodiā habuit per  
nepos moysi iabes vel iabius ut dicunt alij.  
De morte dauid. Capitulum III.



## Propinqua

uerūt aut dies dauid vt moreret:  
 7 iterauit salomoni mādata de cultu dei et  
 lege huanda .7 pietate 7 iusticia circa suos.  
 memorās pmissionē dei sibi factā de semi-  
 ne suo iugiter regnatura si custodierit filij  
 testamentū ei⁹. 7 testimonia q̄ doceret eos.  
 Tria vero sup addidit d̄ ioab .7 filijs berçel-  
 lai .7 de semei dicēs: Nosti q̄ ioab fecerit per  
 inuidiā duob⁹ pncipib⁹ abner 7 amase. q̄ p  
 sanguinē effudit belli i pace. i. sanguinē qui  
 nō debet fundi nisi i bello. fudit tpe pacis. 7  
 eoꝝ cū qb⁹ habebat pacē. 7 posuit cruorē p  
 lij in baltheo suo. 7 i calciamēto suo. i. cruor  
 nō ē respersus sup arma ipsi⁹. q̄ cū eis non  
 dimicauit. s̄ sup vestes ei⁹ q̄ pacifice eis lo-  
 quebat. Et ē sensus. Nō vi s̄ dolo occidit  
 eos. Vel alit. Viri bellatores insignia ope-  
 rū suoz i armis suis describebāt ad ostētati-  
 onē gl̄ie. S̄ cū ioab h̄ tāq̄ facinora ostēta  
 re publice nō aunderet. saltē i baltheo 7 i cal-  
 ciamēto descp̄sit. Et addidit dauid. Facies  
 ei iuxta sapiētā tuā. ne descēdat pacifice ad  
 inferos. S̄ 7 filijs berçellai reddes grām et  
 erūt cōmēsales tui Semei q̄ iemineū q̄ ma-  
 ledixit mihi nō patieris esse i noxiū. Et mor-  
 tu⁹ ē dauid 7 sepult⁹ ē i ciuitate dauid cum  
 regnasset. xl. annis.

Circa tumulū ei⁹ fe- Quedam sc̄pturę vi-  
 cit salomō. viij. locu- dent dicere q̄ n̄ ma-  
 los thesauroꝝ. q̄rū nifestabunt vsq̄ ad  
 vnū post mille trecē tp̄a antichristi.  
 tos annos aperuit

hyrcanus pontifex .7 aliū herodes sic infra  
 dicem⁹. Alij vero nō dū manifestati sūt me-  
 chanicę artis modo recōditi.

### Incidentia

In dieb⁹ dauid kartago pdita ē vt q̄dā  
 volūt a calcedone tyrio. Vel vt alij dicūt a  
 filia ei⁹ didone. Quint⁹ latinoꝝ rex siluius  
 latinus. Prop̄hetauerunt autez sub eo na-  
 than. gad 7 asaph.

De morte adonie et ioab et semei.  
 Capituluꝝ. III.

## Edit autez salo

mon sup thronū dauid p̄is sui. et  
 pcedēte tpe adonias supplicauit bethsabee  
 vt impetraret a rege sibi dari abisag suna-  
 mitē i vxorē. Quę cū ingressa eēt ad regem.  
 posuit ē ei thron⁹ ad dextraz regl̄ 7 ait: Par-  
 nulā petitionē de p̄coꝝ a te. ne cōfūdas faciē  
 meā. Detur abisag sunamitis adonie fra-  
 tri tuo vxor. Et indignat⁹ rex ait: Quare po-  
 stulas h̄ a me mater: Postula ei 7 regnum  
 Ipse enī frater me⁹ ē maior me. 7 h̄z secū po-  
 tētes abiathar 7 ioab. 7 abisag ē q̄si regina  
 7 potēs. Cōtra aīaz suā locut⁹ ē adonias 7 i  
 opprobriū patris. Venit dñs. q̄ hodie occi-  
 det adonias. Et interfecit euz p manū bana-  
 nię filij ioadę. Abiathar q̄ sacerdoti di-  
 xit rex: Vade i agrū tuū nec ampli⁹ ad faciē  
 meā ingrediar. vir mortis es. s̄ h̄ te liberat  
 q̄ sepe cū patre i eo laborasti. et portasti ar-  
 cam corā eo. Abiecto igit abiathar trāsla-  
 tū ē sacerdotiū ad sadoch. 7 de domo itba-  
 mar ad domū eleazar. sicut samuel p̄dixe-  
 rat hely. Fuerūt aut post finees filij eleazar  
 priuati sacerdotio. v. Joseph q̄ genuit ioa-  
 than. q̄ mareoth. qui asophi. qui achitob.  
 Achitob autē genuit sadoch. Porro ioab  
 fugit i tabernaculū dñi. 7 apprehēdit cornu  
 altaris. Et misit rex bananiā vt aduocaret  
 eū. Et ait ioab: Nō egrediar s̄ moriar hic.  
 Qd̄ euz renūciasset bananias regi. dixit ei  
 rex: Fac ei sic locut⁹ ē. Et interfecit eū banani-  
 as ad cornu altari. 7 sepult⁹ ē i domo sua in  
 deserto. Et p̄stituit rex bananiā p eo sup ex-  
 ercitū. Vocauit q̄ rex semei 7 ait: Habita i  
 hierlm̄. 7 nō egredieris inde. Quacūq̄ die  
 trāsieris torrētē cedron. scito te interficiēdū.  
 Qui r̄ndit: Bon⁹ ē h̄mo regis. sic faciā. Et  
 habitauit i hierlm̄ trib⁹ ānis. Factū ē autē  
 post h̄ vt fugerēt serui semei ad achis regē  
 geth. 7 descēdit semei in geth. 7 reduxit eos.  
 Qd̄ cū nūciatā eēt salomōi dixit ad eū Cur  
 spreuisti iusiurādū regl̄ 7 mādatū ei⁹ trans-  
 gressus es: Reddet dñs maliciā quā fecisti  
 patri meo i caput tuū. 7 interfecit eū rex per  
 manū bananię. 7 p̄firmatū ē regnū i manu



# Regum tertii

salomonis.

De somnio salomōis. Capitu. V.

## **D**uxit i vxorē filiā pharaonis regl

egypti. de q̄ vt aiunt hebrei genuit filiū q̄si  
pra naturā. cui ipse adhuc ageret vndeci-  
mū annū. 7 induxit eā ī ciuitatē dauid. Nō  
dū enī sibi fecerat domū. Porro tria ppo-  
suerat se facturū. domū dñō. 7 domū sibi. et  
ambire hierlīm muro triplici. Et ī pmo am-  
bitu eēt templū 7 māsiōnes hebdomadari-  
orū. dom⁹ q̄ regia cū māsiōnib⁹ domestico-  
rū. In scdo habitaret potētes viri 7 pphete  
Tñ infra legit de pphetissa q̄ habitaret in  
scdo. In tertio opifices. Post h̄ ascēdit sa-  
lomon ī gabaon vt īmolaret ibi in excello.  
Et cū dī gabaon. nō est p̄rius nomē loci s̄  
appellatiuū. 7 interpretat̄ collis excelsus. Jo-  
sephus enī dicit eū ascēdisse in ebron. 7 ob-  
tulit mille hostias in holocaustū sup altare  
qđ fecerat moyse. 7 apparuit ei dñs p som-  
niū in nocte dicēs: Postula qđ vis. vt dem  
tibi. Qui respōdit: Dñe de⁹ ego sum puer  
paruul⁹. 7 ignorās ingressum 7 exitū meū.  
Da ergo cor docile seruo tuo. vt possim iu-  
dicare pplm tuū. 7 discernere iter bonum et  
malū. Et placuit s̄mo corā dñō. 7 ait ad eū  
Quia non postulasti iuxta verbū hominū  
dies multos. 7 diuitias 7 animā inimicorū  
tuorū. feci tibi s̄m sermones tuos. 7 dedi ti-  
bi cor sapiens in tm̄ vt null⁹ ante te similis  
tui fuerit. Sed 7 hec q̄ non postulasti dedi  
tibi. si tñ ambulaueris in vijs meis sicut pa-  
ter tu⁹. Et vigilās salomon intellexit quod  
esset somni⁹. i. reuelatio facta p somnium  
Et reuersus ī hierlīm coram arca dñi grās  
agens obtulit holocausta 7 pacifica.

De iudicio meretricū. Capitu. VI.

## **H**inc due muli

eres meretrices venerūt ad regem.  
q̄rum vna ait: Ego 7 mulier h̄ solē habita-  
bam⁹ in domo vna. Lunq̄ peperissem ter-  
tia die: post peperit 7 h̄. Mortu⁹ ē aut̄ filius  
ei⁹. Quē noctis silentio posuit in sinu meo.

et filiū meū viuētem collocavit ī sinu suo.  
Manefacto diligenti⁹ intuens. deprehēdi  
illū nō esse meū q̄ mortu⁹ fuerat. Rndit al-  
tera: Nō est ita. sed fili⁹ tu⁹ mortu⁹ ē. meus  
aut̄ viuūt. Lunq̄ meus omniū in huius rei  
discrimine hesitaret. rex soluit causas inopi-  
nate. Et allato gladio vt ait iosephus: p̄ce-  
pit vtrūq̄ infantē diuidi. vt vtraq̄ medie  
tatē viui 7 mortui acciperet. Qđ audiēs ma-  
ter viuēt cōmota sūt viscera eius sup filio  
suo. 7 ait: Obsecro dñe date illi infantem vi-  
num. sufficet mihi si videā eū viuere. Alte-  
ra dicebat: Nequaq̄ s̄ diuidat̄. Et cogno-  
scēs rex voces vtriusq̄ de vero cordis fonte  
plata ait: Date huic infantē viuū. Hec est  
mater ei⁹. Et attēdēs oīs isrl̄ diuinā sapien-  
tiam in rege esse. timuerunt eum. 7 amira-  
ti sunt assessores ei⁹ q̄ pu⁹ sentētiā q̄si ab  
adolescente prolata m̄ deridebant. Porro  
bananias erat super exercitum. sadoch au-  
tem sacerdos. aqarias filius nathan sup cu-  
stodes regis. q̄bud fili⁹ nathan sacerdos  
regis. id est cancellari⁹. 7 hysuar p̄posit⁹ do-  
mus. id est procurator. et aduram super tri-  
buta.

De profectis salomonis et inuen-  
tione exorcismozū. Capitu. VII.

## **A**bebat autē sa

lomon. xij. p̄fectos sup oēs israēl  
per singulos menses singuli p̄bebat̄ neces-  
saria regi 7 domui eius quorum vnus reli-  
quis p̄sidebat. scilicet achimaas. habens  
besamath filiam salomonis in vxorem. licet  
7 vnus de reliquis aliam haberet filia salo-  
monis. Erat autem cibus salomōis p̄ dies  
singulos. xxx. chori similes. et septuaginta  
chori farine. decē boues pingues. et xx. bo-  
ues pascuales. et c. arietes. excepta venatio-  
ne ceruorum. et caprarum. bubalorum. et  
animum altitium. Sed et pisces quotidie ab  
alienigenis portabantur. Et erat sūma pax  
in terra. et habebat salomon equorū currili-  
um. xl. milia. 7 xij. milia equitum. quoz me-  
dietas regi in hierusalē obsequabatur reli-  
qui vero per vicos regios dispersi manebāt

*De iudicio salomonis circa  
meretrices.*



# Historia

Prefectus vero ille qui ministrabat expensas mensuras equis hordeum et paleam ministrabat deuehens omnia ad locum ubi rex morabatur. Et precebat rex sapientia omnes orientales et egyptios et hebreos etiam quattuor filios moab notatissimos emam et ethan calcal et dorca. Et scripsit librum de canticis et modulatiombus in numero versuum quinquaginta milium. Parabolas quoque scripsit tria milia. Et disputauit de natura arborum et herbarum a cedro usque ad hyssopum. De natura quoque omnium animantium philosophatus est per unumquodque generum parabolam dicens. Excogitauit etiam adiurationes quibus egritudines solent mitigari. Alias quoque quibus demones eicerentur et alii quibus obstructio non rediret. Excogitauit etiam characteres qui inscribebantur gemis qui positi in naribus arreptici cum radice salomonis monstrata statim eum a demonibus liberabat. Hec scientia plurimum ualuit in gente hebreorum et maxime necessaria erat. An aduentum enim christi septem homines a demonibus vexabantur quod homines uiuos ad infernum quocumque detrudebant. Iosephus quoque testatur se uidisse quendam eleazarum exorcistam coram uespasiano et filiis eius et tyrannis in hunc modum predictum curantem vexatos a demonibus et ut probaret eis demonem egressum per nares cum spiritu anhelantis uas aque ponebat in medio et imperabat demoni egresso ut illud euerteret in argumetum suum egressiouis et ita fiebat.

De operariis templi. Capi. VIII.

**I**gitur autem salomon ad byram regem tyri dicens: **U**olo edificare templum domino sic locutus est patri meo.

Preceperunt ergo seruis tuis ut praeciderent mibi cedros de libano et mercedem eorum dabo tibi quam petieris et respicit ei hyram dicens: Serui mei deponent ligna de libano usque ad mare et deferent ea in ratibus usque ad locum quem signaueris mibi et tu de portu tolles ea praebitis quae necessaria sunt in domum meam. Itaque hyram dabat salomoni ligna cedrina et abigena quibus habundat sydonum. Salomon autem supplebat inopiam eorum in cibis praebens byrae singulis annis choros tritici xx milia et totidem hordeum et totidem batos olei eademque uini mensuram. Porro salomon elegit operarios de israel plebilitos. De israelitis enim neminem seruire fecit. Et erat indictio xxx milium uirorum in summa eorum quibus indiciebatur. Vel forte indictio est de terminata hominum collectio sicut choros et legio. Et mittebat eos in libanum cum seruis byrae decem milia per singulos menses uicissim ut duobus mensibus reuertentes ad propria requiescerent ut quarto mense priores ad laborem denuo remearent et praeparat aduram huic indictioni. Statuit autem salomon lxxx milia latomorum id est lapidifcesorum in monte quibus praefecit de israelitis tria milia et ccc qui praecipiebant operariis. Porro latomi in lapidicina lapides grandes et preciosos id est marmoreos scopulabant et quadrabant qui adeo grandes fuerant in fundamento ut dicit iosephus quod multi ex eis habebant in longitudine cubitos viginti in latitudine decem in altitudine. Quatuor dratos quidem lapides dolauerunt cementarium salomonis et cementarium byrae. Dolatos uero praeparauerunt biblij polietes et sculpetes non solum lapides sed et ligna. Est autem biblos ciuitas phenicis de qua ezechiel. Serues biblij et prudentes eius. Et sic omnia extra urbem dedolata et perfecta sunt quod malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo domini cum edificaretur. Fuerunt

exor. 818mg.

Remediu contra  
demonos ante ad  
uentu xpi.

Iosephus nec gemas nec herbam nominat. Sed fuit gemma crystallina et in anulum et gemmam ponebatur radix cuiusdam herbae

quae quibusdam portagon dicitur ab alijs faltra vel falterna ab alijs sartacenicum et circa castraturam in argento sculpta erat. vii. nomina dei praecipua per quae legitur creasse celum et terram. sic in libro imaginum habetur et alia tria nomina sculpta erant in lapide ab alijs diuisa. Si modum curandi scire desideras lege librum imaginum tibi omnia inuenies.

Latomum sunt proprie qui in lapidicina eruderant lapides et saxa. Cementarium qui dolant et componunt. Biblij uero qui sculperunt imagines.



# Regum tertii

aut equorum quae onera portabant septem milia  
Fabulantur iudei ad eruderandos lapides ce-  
leni habuisse salomonem sanguinem vermiculi  
quae tamir dicitur quae aspersa  
marmorata facile se-  
cabatur: quae inuenit huius  
modo. Erat salomoni strutio huius pulli  
et inclusus est pullus  
in vase vitreo. Quae  
cum videret strutio. huius  
habere nequiret. de  
deserto tulit vermiculum. cuius sanguine liniuit  
vitrum et fractum est. Videtur autem salomoni cacumem  
motus moria ubi edificauit templum angustum  
deiecit illud. et in aream spatij amplioribus  
diffudit.

De edificatione templi. Capitu. IX

**Actum est autem post**

quadringentos et octoginta annos  
egressionis israel de egypto. anno quarto re-  
gni salomonis. mense secundo quae cyrus apud he-  
braeos dicitur. apud nos maius. cepit salomon  
edificare domum domino de candido marmore  
quod parium dicitur. Iosephus tamen dicit anno quingentesimo  
secundo egressionis de egypto. describens  
etiam annos et statum praecedentium. dicens ab abraam  
fluxisse annos mille. xx. A diluuiio mille quae-  
dringentos. Ab adam tria milia. c. et duos  
Habebat autem domus in longitudine cubitos. lx.  
in latitudine vero. xx. Pars quaedam anterior quae  
sancta dicitur et erat ab oriente. xl. cubitorum erat  
in longitudine. Reliqua pars ad occidentem  
viginti cubitorum erat. et dicebatur sancta sanctorum.  
Porro in altitudine. xxx. cubitos habebat usque  
ad primum tabulatum super quod secunda mansio eri-  
gebat. xxx. cubitis usque ad secundum tabulatum.  
Tertia vero mansio erat. lx. cubitorum usque ad  
tertium tabulatum quod erat tectum domus. Et sit  
tota templi altitudo in. c. xx. cubitos ascende-  
bat. Iosephus tamen mentionem non facit nisi de  
duabus mansionibus: vnicuique ascribens cubi-  
tos. lx. sed duas inferiores sub vna compre-  
hedit. Et erat porticus ante faciem templi habens  
longitudinem iuxta templi mensuram. lx. cubitorum

et latitudinem. x. cubitorum. surgens in altum ut di-  
cit iosephus usque ad celsitudinem templi. et fecit in  
templo fenestras obliquas. id est. exteriorem angustas et  
interiorem obliquando diffusas. Haec excogita-  
uit salomon. Trabes autem posuit in domo per  
transuersum per tria loca in summitatibus trium man-  
sionum adeo longas. ut forinsecus capita earum  
prominerent ex utraque parte. Et edificauit super  
capita forinsecus prominentia tria tabulata  
ad deambulandum circa templum quae in euange-  
lio pinnacula templi dicuntur quae quod facta essent  
in utroque latere satis elucet. Quod autem fu-  
erit in fronte orientali et occidentali non me-  
mini me legisse. nec super huius me somnare aut  
libet aut licet. sed quod ibi fuerat creditur. quod vide-  
tur velle iosephus dum ait de euerfione tem-  
pli. Latitudo vero tabulatum differens erat  
Tabulatum enim quod erat subter. quinquae  
cubitos habebat latitudinis et medium sex  
cubitos. et tertium septem. Quod ad lram  
quidam tradunt factum. ut in superioribus  
tabulatis manentes non impedirentur ad  
aspiciendum inferius per obstaculum infe-  
riorum. Hebraeus tamen dicit tria tabulata  
parem habuisse latitudines: ut si a summo  
usque ad imum plumbata cementarium dimis-  
teretur. eorum perpendicularitas equalitas. Ae-  
runtamen inferius tabulatum. quinquae cu-  
bitorum erat in latitudine. medium vero. vii  
quia murus superior artior factus quasi per  
cubitum retractus erat. Ultimum vero ta-  
bulatum septem cubitos habebat pro retra-  
ctione muri superius similiter factum. Fu-  
erunt qui dicerent. inferius tabulatum septem  
fuisse cubitorum et medium sex. ut ascenden-  
do artaretur tabulata sicut et murus. Et cor-  
rigunt lram pro subterponendo super. Al-  
etiam legunt subter dicentes: tabulatum quod  
subter erat non loco sed numero. Sicut enim  
altum dicitur et profundum et supremum. sic et  
subter dicitur loco quod infra positum est  
subter vero numero ad quod ascenditur nu-  
merando. Haec autem tabulata sic erant iuncta  
muro. ut ei non hererent. id est. muro infixae non  
essent. Trabes tamen de muris prominebant.  
Porro in extremitatibus cuiusque tabulati. ut



ambulantes ab iniuria lapsus defenderet  
edificavit luriculas tanquam appodiatioes: que in  
regum latera vocantur in paralipomenon ceteri  
de quorum altitudine nescimus nisi de summo  
quod habuit in altitudine quatuor cubitos.

## De ornatu inferioris domus

### Capitulum X.

## **P**orro murus infe

rioris mansionis intrinsecus undique  
operatus erat tabulis cedrinis tribus vero sola-  
ri affixa erant laquearia cedrina. Pavimen-  
tum vero domus tectum erat tabulis abiegnis ta-  
bulata vero laterum et laquearia trabiunt et pa-  
vimenta tabulis aureis operiebantur cum clavis  
aureis quae singulis erat sicolorum nihilque  
erat in illa inferiori parte templi quod auro non te-  
geretur ita ut vultus ingrediendum faceret auri lu-  
mine resplendere. Porro in iunctura tabularum  
fecit anaglypham id est celaturas vel tornaturas  
in iuncturis fabricarum ne locus iuncturae deprehendi  
posset. In medio quoque tabulae erant imagines  
prominentes cherubin et palmae. Haec quidem ta-  
bulis cedrinis celatae erant sed auro tecta vel in  
ipsis tabulis aureis. Oraculum autem quod dicitur  
sancta sanctorum habebat quatuor cubitos longitudi-  
nis et quatuor latitudinis et

triginta in altitudine. In  
lata tamen habet et quatuor cu-  
bitos altitudinis quod  
intelligendum est de parie-  
te interposito inter san-  
cta et oraculum. Sic  
enim in tabernaculo co-

lunae interpositae fuerunt quibus appropinquabat veluti  
sic interpositus est in templo paries cedrinus non ascen-  
dens in altum nisi per quatuor cubitos et quatuor cubitos qui  
superant usque ad laquearia intactos reliquens  
ut fumus aromaticus ascendens de altari per apertu-  
ram superioris libere intraret in oraculum. Erat autem  
totus paries tectus auro habens anaglypham cheru-  
bin et palmas ad modum parietum. Quicquid pari-  
eti appropinquatum erat veluti de quatuor coloribus cui in  
texta erant cherubin tamen tenuitatis ut parietem  
non prohiberet aspectum. Quod totum parietem ope-  
riens forte usque ad laquearia ascendebat quod

Id est sancta consecutiva  
loco sancto sanctorum sicut dicitur  
sanctum consecutum se-  
culi vel sancta sanctorum  
comparative id est  
sanctiora sanctis.

legitur in euangelio scissum fuisse a summo usque de-  
orsum. De interiori scemate superiorum mansionum  
non legimus nisi quod dominus presumaret edificium positus est  
lapis in angulo superiori non sine gradibus omnium  
ammiratiōe. Cum enim edificantes et in fundamentum  
et in muro eum locare niterentur non invenirent locum  
eius donec in angulo superiori et postremum omnium  
convenientissime positus est sicut per dixerat david  
Lapidem quem reprobaerunt et habet. In sum-  
mitate vero muri per girum affixa erant aurea  
verna ad hominis magnitudinem propter aves ab-  
igendas ut dicitur longae aspicientibus quasi lilua aurea  
videretur. Per girum

quo muri erat labium  
exterioris a quo depende-  
bant grades vinee au-  
reae cum papinis au-  
reis ad eum fabricarum  
ut sursum aspicientibus  
quasi ad instar avium  
moveri sepe videren-  
tur. Porro in extrinsecum  
ostium lateris medij  
pariete erat domus  
dextrae id est meridianae  
et per cocleam testu-  
dinis ascendebat in  
medium cenaculum  
et a medio in tertium  
hoc est per ascensum  
tortuosum qui vul-  
go vitis dicitur qui  
factus est ad similitu-  
dinem cocleae testu-  
dinis. Josephus tamen  
describit ascensum  
factum per medium  
muri absconditum  
facilem et securum:  
in parte muri exterioris  
fenestratum sufficien-  
ter. Ostium vero ascensus dicitur fuisse in extrinsecum  
in angulo anterioribus utriusque muri. Fecit autem  
introitu templi postes de lignis oliuae quod dragma  
los et duo ostia de lignis abiegnis altriseis et  
utrumque ostium duplex erat et se invicem tenens

Pampinus est follicu-  
lus sub quo fructus vi-  
tis a frigore vel ardo-  
re defenditur atque ad-  
versus omnes iniuriam  
munitur ideoque ali-  
cubi intercisus est: ut  
et solem ad maturita-  
tem fructus admittat  
et umbram faciat. Et  
dicitur est pampinus  
eo quod de palmitate pen-  
deat. Est autem semini-  
nini generis et dicitur  
per pampinam et facit  
genitium plurales  
harum pampinarum.

Sensus est in parie-  
te meridiano qui di-  
citur dextrum latus  
ad differentiam aqui-  
lonaris lateris quod  
erat sinistrum erat  
ostium per quod ascen-  
surus erat ad cenacu-  
lum.



# Regum tertii

aperiebatur. Et sculpsit in eis cherubin et palmas et celaturas valde eminentes. et operuit omnia laminis aureis ope quadro ad regulam. Foras istae tantae venustatis erant quae etiam dauid prophetans de templi destructione eas nominatim expressit dicens: Exciderunt ianuas eius in idipsum. Et ut iosephus ait: Non erat in eis lignum maius palmo. Quod forte notat in regum cum dicitur ope quadro ad regulam. Et erat altitudo earum xxx cubitorum secundum altitudinem inferioris cenaculi. Sed quod dicit iosephus altitudinem earum xx cubitorum videtur falsum esse: quia tanta erat latitudo templi. ergo ab oriente non erat murus. Sed in regum est determinatio ubi dicitur. Ostium duplex erat et se inuicem tenens aperiebatur. Erat quippe latitudo muri x cubitorum altrinsecus. et apertura in qua erant foras similiter x. et ita in muro orientali altrinsecus supererant quinque cubiti. In apertura vero erant quattuor foras. duae extrinsecus. et duae intrinsecus quarum unaquaeque habebat latitudinem quinque cubitorum. Et erant sic artificiose compositae ut clausae quasi continuum parietem facerent intus et extra. Aperte sibi in medio spissitudinis muri obuiabant. et totam eius latitudinem tegebant. Et sic artificiose sibi adhaerebant ut quando clauderent exteriores. clauderent et simul interiores. Nullus enim in templo nocte remanebat qui clauderet eas iterius. Cumque aperiebantur exteriores. aperiebantur etiam simul interiores propterea dictum est. Ostium duplex erat et se inuicem tenens aperiebatur. Porro in pariete oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum. et postes angulorum quinque ut in quinto angulo medio cardines affixi starent circa quos

ostiola mouebantur: et erant in ostiis anaglipha cherubim et palmae. Quidam tamen dicunt postes angulorum quinque subaudi cubitorum erant. In oraculo autem erat arca et propitiatorium. et cherubin

Nota duplicem esse opinionem de ostiis illis. Dicunt enim quidam in utraque parte introitus qui erat decem cubitorum. ostium unum fuisse quorum utrumque habebat sibi coniunctum ostium ut videmus in fenestris

quae fecerat moyses in deserto.

quibusdam. et tam ipsum quod annexum sibi erat quinque cubi-

torum. et ita ex utraque parte erant quasi valvae. quarum utraque decem cubitos habebat et eis apertis altrinsecus cooperirent latitudinem. vel potius spissitudinem muri. Et quasi continuus paries muri apparebat. Quando vero clauderentur. replicabantur illa duo altrinsecus annexa. Alia opinio est ut altrinsecus in angulis ipsius muri fuerint duo ostia. ita quod quilibet quattuor angulorum suum haberet ostium unum quodque hoc cubitum. et dum clauderentur duo exteriora arte quadam clauderent interiora. Utrumque istorum potest applicari littera. Plinius tamen sequenti.

Deduoibus cherubin. Cap. XI

## f Egit autem salomon

duos cherubin de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. stantes super pavementum in lateribus arcae. et habentes pedes obliquatos. quasi ad deambulandum eleuatos operatos auro purissimo habentes alas aureas. singulas quinque cubitorum. quarum duae extendebantur super arcam. et obuiam sibi venientes iungebantur super eam. tegentes sanctuarium infra se positum. Alas autem duas extendebant altrinsecus ad parietes. ita ut ala unius tangeret parietem unum et ala alterius parietem alterum. Porro ex parietem in sancta posuit mensas ad aedificationem. et candelabrum ad austrum. Inter quae medium erat altare aureum quod fecerat moyses in deserto. Sed praeter illud candelabrum posuit alia candelabra aurea eiusdem scematis. sed maioris quantitatis. v. hic. et v. inde. Similiter cum mensa quam fecerat moyses. posuit alias decem mensas eiusdem scematis. sed maioris quantitatis. quinque hinc et quinque inde. Inter haec autem posuit altare thimiamatis. et vestiuit illud cedro. quod etiam dicitur altare oraculi id est. coram oraculo. Per hoc intelligitur fuisse aliud altare quod edificauit moyses. Illud enim erat de lignis sethim circumtectum



ex omni parte auro. Illud aut vestitus erat cedro. Proinde intelligit hoc altare fuisse de lapidibus quos ferrus non tetigit. et erat operatum per circuitum tabulis cedrinis. Sed et ille operatus erant ex omni parte laminis aureis. cuius quantitate non memini me legisse. Illud vero modicum altare quod fecit moyses in deserto forte repositum erat in sancta sanctorum non ad usus quotidianos thimiamatis. sed ad aliquos usus singulares quoniam semel in anno ingrediebatur sacerdos cum sanguine. Hoc aut inde potest perpendi. quia dicit apostolus in sancta sanctorum fuisse aureum thuribulum. et hic erat ornatus templi in interioribus.

## De porticu. Capitulum. XII.

### De facie vero templi

erant porticus quae in euangelio dicitur vestibulum templi. habentes columnas graecas in longitudine sui dispositas. in medio quarum erant duae mirabiliores ceteris posite ante fores templi. habentes in medio sui spatium decem cubitorum secundum latitudinem porticus templi. Quarum talis erat compositio. Stilus vel stipes columnae. xviii. habebat cubitos altitudinis. non plane sed valliculatus. xxxv. cubitorum altitudinis ut legitur in parabolis. habentes in circuitu canaliculationes. quattuor digitorum et erat fusilis et linea duodecim cubitorum ambiebat illum. Si quis vellet rotunditatem tangere. Vel forte in medio columnae. linea fusili opere circumducta erat. Epistilium vero columnae super quod locandus erat capitellum. latus erat stipite et rotundum opere reticulato celatum. Capitellum autem superpositum epistilio fusile erat. et quatuor cubitorum altitudinis et in summa parte erat liliatum. Latera vero ipsius ex omni parte in modum retis et catenarum erant contexta adeo artificiose ut retia et catenae magis viderentur appositae quam insculptae. vel quia solida non erant perforata vndeque fusae sunt ut conexiones retis formam exprimerent. Septena versus retiacula erant in capitello uno. id est septem ordines. habentes eandem celaturam. to-

tum circuitum capitelli per girum occupantes. vel ab inferiori parte capitelli usque ad summam erant isti septem ordines dispositi ascendendo. Super capitellum vero erat quasi funiculum super quo positum erat retiaculum tegens eius summam et descendens aliquantulum circa latera capitelli in circuitu. In cuius extremitate dependebant in duobus ordinibus. centum malogranata. In epistilio quoque columnae super quod sedebat capitellum dependebant malogranata. Legitur enim quod capitella erant super summam malogranatorum. Eiusdem compositionis erat columna altera. De compositione vero basium non legitur. Haec duae columnae propriis nominibus vocabantur. Tum propter sui magnificentiam. tum propter futurorum multam praefigurationem. Dextera dicebatur. Iachim. id est firmitas. Iosephus vocat eam thalamum iachim. Sinistra dicta est booc vel boq. quod sonat robur vel in robore. De reliquis columnis vestibuli et modicis agit historia dicens. Capitella autem quae erant super capita columnarum. quasi opere lili fabricata erant in porticu quattuor cubitorum. et rursus alia capitella in summam columnarum desuper iuxta mensuram columnae contra retiacula. Porro de compositione columnarum tacet. Capitella vero earum minora dicitur uno cubito poribus capitellis. De scemate eorum tamen dicitur quod erant liliata et habebant retiacula superposita. Quod autem sequitur malorum granatorum. centum ordines erant in circuitu capitelli secundi. ambiguum est utrum hoc dictum sit de capitellis minoribus. an recapitulando dictum sit de capitellis prioribus. Has columnas fudit hyrcanus tyrius plenus sapientia ad faciendum omne opus ex grege filius mulieris viduae de tribu neptalim patre vero tyrio. Sed et omnia vestigia templi graeca et quicquid in eo de grege factum est. fudit hyrcanus in campestri regione iordanis in terra argillosa. et iter sochor et sarcha. Nec te moueat quod aliquando de grege aliquando de auricalco dicuntur facta. quia idem est cuius splendor et pulchritudo similis erat auro. ut dicit iosephus. In hoc vestibulum ascendebatur ab atrio sacerdotum. xii. gradibus secundum iosephum. Quidam tamen dicunt. vii. secundum



# Regum tertii

visionē ezechielis. dicunt enī in multis pcor dare cōpositionē tēpli materialis cū cōpositione templi spūalis qđ vidit ezechiel.

**Decubiculis et cenaculis hebdomadariozū. Capitulu3. XIII.**

## **Edificauit autē**

salomon in circūitu templi post vestibulū. xxx. paruulas domū q̄ sui copulatione totū tēpli spatium intrinsec⁹ ambiebant. Harū singule habebant q̄ncq̄ cubitos latitudinis. 7 tātū dē lōgitudinis. 7 xv. i altitudine. Ingressusq̄ earū ita fecit ad inuicē vt ex alia īgredereť ad aliā aliq̄ spatio īterposito. Et sup̄ eas edificatę erāt alię eq̄les eis 7 mēsuris 7 numero. ita vt latera tēpli tria p̄ circūitū tegerēt domūculis vsq̄ ad p̄mum tabulatū exteri⁹. Reliq̄ vero ps tēpli superior circūēdificata nō

erat. s̄ libere videri poterat. Nō fuerūt hę domūcule pastofozia vel exedre vt q̄das putāt. de qb⁹ postea dicem⁹ s̄ fuerūt cubilia 7 cenacula hebdomadarioz 7 gaçophilatia vasoz 7 vestiū templi.

Si enim exterior lōgitudō tēpli fuit tantū. xl. cubitoz et latitudo. xxx. tūc ambit⁹ triū murozū habuit t̄m. c. xl. cubitos ad quē ambiēdū sufficerēt domūcule. xxviij. qz q̄n quies. xxviij. faciūt. c. xl. Credenduz ē autē qđ p̄dicta q̄ntitas templi fuit īter muros ītrinsec⁹. 7 mur⁹ habuit. x. cubitos latitudinis. Ergo lōgitudō exterior fuit. lxx. cubitoz. hinc 7 inde latitudo occidētalī. xl. q̄ faciūt. c. lxxx. Ad q̄s implēdos necessarię essent. xxxvi. domūcule si continue essent.

De atrio sacerdotū. Capi. XIII

## **Edificauit**

atriuz interi⁹ ns trib⁹ ordinib⁹ lapidū politorū 7 vno ordine lignozū cedri. Porro plura fuerūt atria circa templū vt in psalmo legitur. Qui stas ī do. d. i. a. d. d. n. De interi⁹ ori t̄m atrio mētio fit in regum. de eodē 7 de sc̄da tractat ioseph⁹. S; p̄ter h̄ duo etiā fuerūt alia duo. Igit̄ atriu⁹ iterius erat platea

grādis ex omni pte circa templū diffusa: p̄ quadrū q̄ p̄ forib⁹ templi ad orientē plurimū extēdebat: qz ibi erat altare creū. 7 luter. 7 ibi mīstrabāt lenitę 7 sacerdotes corā dño. Circa vtrūq̄ vero lat⁹ tēpli non adeo diffusa erat. Ab occidēte vero strictior. cui⁹ pavimentū vario marmore stratū erat. 7 diuersis imaginib⁹ venustatū. Hoc atriu⁹ cingebat mur⁹ breuis in altitudine t̄m trium cubitoz 7 erat vn⁹ cubit⁹ lapidū vni⁹ coloris. secūdu3 lapidū alteri⁹ coloris. 7 tertius tertij coloris. Intus autē erat vestit⁹ cedro. 7 post⁹ erat mur⁹ p̄ gyrū in extremitate hui⁹ atrij. vt ceteros a ministris ab ingressu atrij p̄hiberet. Adhuc se apodiabāt psallētes. et p̄uersi ad pplm sup̄ hūc inclinati loquebātur. In eodē muro stabāt colūne equis īteruallis dispositę. pplm extra stantē ad legem sanctimonie p̄monētes. alię lris hebreis. alię grecis. alię latinis. 7 ne ī locuz sanctum trāsireť p̄hibētes. Hic ambit⁹ muri p̄prio noīe vocabat̄ gion. latine ho cācell⁹. Anū solū habebat ītroitū ab orientē 3 portā tēpli habēs aperturā. xv. cubitoz sine forib⁹. vsq̄ ad hūc ītroitū ascēdebāt viri 7 mulieres deferētes oblatiōes suas ad mīstros sibi occurrētes. Nec licebat eis nisi in q̄busdā casib⁹ vltēri⁹ trāsire. 7 ascēdebāt ad ipsuz

p̄. xxiiij. grad⁹. Hoc atriu⁹ dicebat̄ atriu⁹ iteri⁹ vel atriu⁹ sacerdotū. qđ etiā illi q̄ erāt aaronitę s̄ p̄pter maculā aliquā offerre nō poterant. nō intrabāt. s; de partibus sacrificioz alerent.

Fortē qñ fiebat indi cū celotypię. vel qñ neq̄reť adimplebat tempus voti.

De atrio mundozū. Capi. XV

## **Est illud atriu⁹**

7 infra ipsū in decliui latere mōtis positum erat sc̄d3 atriu⁹: qđ dicebat̄ sanctū qđ ioseph⁹ vocat aulam vel basilicaz grandem. Erat autē diffusū p̄ circūitū circa atriu⁹ interi⁹. lōge t̄m maius eo 7 pavimētū vario marmore. Erat q̄z circūseptuz muro ī altitudine. xv. cubitozū interi⁹. exteri⁹ vero



altitudinis. xl. cubitoꝝ. fm̄ decliuitatē col-  
lis. Et sic altus esset. nō ascēdebat tñ vsqꝫ  
ad fabricā templi. nec ipsius aspectū phibe-  
bat. Erat aut̄ murus iste ad occidentē sim-  
plex 7 nullā habens portā. In vtroqꝫ vero  
latere 7 in fronte oriētali habebat porticus  
circūiacētes instar claustrī monachozꝫ. in q̄  
bus erant colūne singulozꝫ lapidū diuersi  
coloris cuz basibꝫ argenteis. Lamere vero  
porticuū 7 laquearia cedrina erant. Latitu-  
do vero porticꝫ. xxx. cubitoꝝ. In latere meri-  
diano erant. iij. portē duplices valuas ha-  
bētes. q̄ laminis aureis 7 argēteis miro ope  
decoratē erāt. Eiusdē muri 7 eiusdē scema-  
tis erāt portē ī latere septētrionali. In his  
sedebant ianitores vt arcerēt imundos ab  
introitu huiꝫ atrij. Porro ī oriētali fronte  
erat porta q̄ spatiosa dicebatur. habēs val-  
uas de gre chorintheo factas. In angulis  
huiꝫ frontis erant duę portē modicę. p̄ q̄s  
ascendebāt mulieres ad offerēdū. Vel for-  
te ministri descēdebāt ī occurſū eaz. ibi ad  
suscipiendas eaz oblatiōes. Per has por-  
tas q̄s diximꝫ ascendebāt vnde quaz viri  
mūdi ī atriuū sc̄dm: vt orarent sub diuo tpe  
serenitatis. sub porticibꝫ tpe tēpestatis. In  
platea huiꝫ atrij oriētalis vendebāt anima-  
lia 7 volucres ad offerēdū. 7 mēse numula-  
riozꝫ stabāt ibi. q̄s euertit dñs. In portici-  
bus aut̄ circa portas stabant gaçophilatia  
diuersi generis ad recipiēdas oblatiōes in-  
grediētū. In porticibꝫ lateꝫ erāt pasto-  
faria. i. loca sepata ad comēdēdū. in q̄bꝫ sacri-  
ficātes de ptibus sacrificioꝝ q̄ eos cōtinge-  
bāt vscebāt corā dño. Quidā tñ volūt q̄  
ibi tñ a foris venientes a finibus isrl̄ come-  
debāt. 7 ob h̄ dici pastofaria. In eisdē por-  
ticibus erāt cathedre 7 linedre et exedre. i.  
tria genera sediliū vt ait isidorus: In cathe-  
dris sedebāt doctores ī gymnasio. In sine-  
dris sedebāt auditores ī psistorio. Et dice-  
bant linedre. q̄si pfessus. In exedris aut̄ se-  
debāt assessores cū iudice qñ secretꝫ aliqd  
tractabāt. q̄si ī locutorio. Et dicebant exe-  
dre. q̄si assessus. h̄ exedra sepiꝫ ponat̄ p̄ tha-  
lamo. Hoc atriuū sc̄dm sepe in euangelio d̄

templū. vbi d̄ q̄ oues 7 animalia vendebā-  
tur ī tēplo. 7 q̄ iesus docebat ī tēplo. 7 q̄ fi-  
lij isrl̄ orabāt in tēplo 7c. in hūc modū.

De atrio mulierū. Capitulū. XVI.

## De atriō sub hoc

p atrio erat atriuū tertiū siliter in de-  
cliui latere montis positū. eiusdē cōpositio-  
nis cum sc̄do et si non tantę venustatis. nec  
tam p̄ciosi ornatus. In hoc orabant mulie-  
res mundę tñ.

De atrio imūdoꝝ. Capi. XVII

## De atriō illud atri-

i um erat 7 q̄tū. in q̄ orabāt viri im-  
mūdi 7 mulieres. 7 gētiles. cuiꝫ murꝫ exteri-  
or in radice collis positus erat et ascēdebāt  
cccc. cubitis vsqꝫ ad verticē tñ collis. ī quo  
situm erat templū. 7 ita muri atrioꝝ in nul-  
lo phibeabant aspectus templi. nec eoz qui  
ministrabant in atrio interiori.

De altari et mari eneo. Ca. XVIII.

## De atriō ī atrio ite-

p riori erat altare greū. factuz ex lapi-  
dibꝫ im politis circūtectuz ex oī pte gre. lō ge-  
maioris q̄ntitatē q̄ illud portatile qd factū  
fuit in deserto. xx. cubitoꝝ lōgitudinis 7 to-  
tidem altitudinis. 7 erat sub eo fouea gran-  
dis ī quā p foramē in medio altaris positū  
cineres defluebant. 7 sanguis q̄ ad crepidi-  
nē altaris fundebat̄ influebat in eā. Quoz  
vero mūdabat̄ fouea p fenestraz q̄ erat ad  
orientē. Altare vero qd fecerat moyses. p̄  
reuerentiā sui ī aliqua pte atrij reseruatus ē  
qd̄ quidam tradūt ibi p mansisse vsqꝫ ad  
euerſionē tēpli factam per romanos. Imo  
etiā postea cū gētiles habitauerūt ī hierl̄m  
fecerunt ex eo horologiū sibi. De loco vero  
huiꝫ altaris. et quō imolātes ad latus eius  
imolarent corā dño supra satis dictum est.  
Porro in eodē atrio posuit salomon mare  
eneū fusile: qd̄ nos lauatoꝝ dicere possu-  
mus. vt ī eo sacerdotes mīstraturi abluerēt  
pedes 7 manus. Quod iosephus vocat cā-  
tarum in gentē in scemate emisperij factuz



# Regum tertii

cuius latitudo .x. cubitorum erat p diametrum a labio vsqz ad labium. Altitudo vero erat qnqz cubi

torum a labio scz vsqz ad fundum. spissitudo vero erat .iiij. digitorum. In superiori pte adeo latum erat qz resticula .xxx. cubitorum cingebat illud p circumitum sed paulatim in descensu angustius fiebat. adeo vt circa fundum resticula .x. cubitorum ambiret illud. Supremum eius labium repansum erat ad modum lilij. In lateribus aut eius extrinsecus duo ordines erant sculpturarum historiatarum. id e. historias aliquas habentium. Capiebat autem duo milia batos. id est tria milia metretas. Batus enim capit metretam et dimidium. Et e batus mensura trium modiorum eiusdem capacitatis cuius et ephi. Sed et batus est mensura liquorum ephi vero aridorum. Porro basis super quam stabat habebat .xij. boues gneos et fusiles. e quibus tres respiciebant ad aquilonem. tres ad occidentem. tres ad meridiem tres ad orientem. quorum anteriora tamen prominebant sub mari. posteriora vero intus latitabant.

## De luteribus. Capitu. XIX

### Ecce quoque sa

lomon decem luteri gneos et fusiles altitudinis quattuor cubitorum. Erat autem in summitate luteris os recuruatum interius et adeo angustum. vt vnus cubiti esset eius latitudo. Fundus vero eiusdem erat latitudinis cubiti et dimidij iuxta quantitatem basis supra quam sedebat. Quadraginta batos capiebat luter vnus. In eis abiebant iustitia et pedes holocaustorum et erant omnes eiusdem facturę sicut et bases quibus insidebant

Id e. linea diametraliter a labio ad oppositum labium protensa .x. cubitos habebat.

Cubitus tripliciter dicitur. Vt ipsa flexura brachij. vel mensura ab inde vsqz ad extremitatem digitorum. Vt ab vna manu vsqz ad alias expansis manibus. Dicitur est autem cubitus; quia cibos sumendo in ipso cubamus.

Erat autem basis in inferiori pte in longitudine et latitudine habens .iiij. cubitos p quadratum. in altitudine vero trium cubitorum. Et ascendendo paulatim angustata vsqz ad cubitum et dimidium iuxta quantitatem fundi ipsius luteris. Eratque composita ex .iiij. tabulis quibus quanta erat superposita quadrata. et ex omni pte aliquantulum excedens summities aliarum habens in medio sui eminentem concavitatem rotundam. in qua sedebat luter. Ipsum opus basis interrasile erat. et in iuncturis tabularum p quattuor angulos erant sculpturę eminentes ad modum columnarum. quas quidam dicunt vocari media intercolumnia quadrata. tamen quidam legunt ibi media inter columna quadrata. vocantes columnam mediam tabulam inter quattuor tabulas superpositam. Latera vero basis a media pte super insculptas habebant coronulas et plectas. et in medio earum leones et boues

et cherubin. et super colla leonum et bouum et subter erant lora exere pendetia quibus ligati videbantur. In summitate vero quattuor columnarum angularium erant hu-

Coronula potest vocari que fit de aliquo solido vt de auro.

Plecta vero corona facta de iuncis floribus vel arboribus. vt fit de lauro et muro.

tuit in cubiculo. qd̄ erat itra cubiculū. Ser-  
ui aut eius timētes ne supueniret achab et  
nemini parceret. 7 sciētes reges isrl clemen-  
tes. accinxerūt lūtos suos saccis. 7 ponētes  
funiculos in capitibus venerūt in occurū



achab dicentes: Seruus tuus benadab dicit  
 Vinat oro te anima mea, q. d. Quacumque mul-  
 ctam imposueris. suscipiam eam pro anima mea.  
 Qui respondit: Si adhuc viuat frater meus est  
 id est. faciam cum eo fedus. Qui rapietes verbum  
 ex ore eius. quasi pro omine festinantes adduxerunt  
 benadab ad eum. Et leuauit eum achab secus in  
 curru suo. et dixit ad eum benadab. Ciuitates  
 quas tulit pater meus a patre tuo. reddam tibi.  
 Fac tibi plateas in damasco. id est. foris rerum ve-  
 naliu. sicut fecit pater meus in samaria. Cumque  
 federati eent redierunt ad propria. Tunc michas  
 dixit ad socium suum in spiritu: Percute me.  
 At ille noluit. Cui ait: Quia non audisti vo-  
 cem domini. cum recedes a me percutiet te leo. Quod  
 factum est. Inueniensque alterum virum dixit ad  
 eum: Percute me in capite. Qui vulnerauit  
 eum. Tunc propheta mutato vultu asper sione pul-  
 ueris et sanguinis clamauit ad regem in via:  
 Cum essem in philo adduxit vir vnus captiuum  
 suum ad me dicens: Custodi istum. quod si lapsus fu-  
 erit. erit anima tua pro anima eius. id est. eris seruus mihi  
 pro eo. aut talentum argenti mihi appendes. Cum  
 autem verterem me huc atque illuc. subito non con-  
 paruit. Et ait rex: Iudicium tuum est quod ipse de-  
 creuisti. alterutrum necesse est facies ei. Tunc lo-  
 ta facie agnitus est propheta a rege. et ait: Hec di-  
 cit dominus: Quia dimisisti virum blasphemum di-  
 gnus morte. erit anima tua pro anima eius. id est. ipse te in-  
 terficiet. Et iratus rex prophetae insisit eum clausus  
 custodiri. et venit in samariam.

De vinea naboth. Capi. XXXIX

## De vinea naboth

iecrabelites habebat vineas iuxta  
 palacium regis. Et dixit ad eum rex: Da mihi  
 vineam tuam vt faciam in eo hortum olerum. dabo  
 que tibi pro ea vineas meliorem vel precium. Qui  
 respondit: Propitius sit mihi domine. ne tem here-  
 ditatem patrum meorum tibi, q. d. Non possum.  
 Hereditas relicta est mihi a patribus vt relin-  
 quam eam posteris. Et tristatus rex. piecit se in  
 lectum. et nolebat comedere. et confortauit eum  
 iecabel dicens: Equo animo esto. ego dabo  
 tibi vineam naboth. Et scripsit secreto litteras ex  
 nomine achab. et anulo eius signatas. et ad indi-

ces iecabel misit. vt conuentum facerent et ieiun-  
 narent: tanquam dei iudicium facturi. et submitte-  
 rent testes aduersum naboth qui dicerent: Bendi-  
 xit naboth deum et regem. id est. maledixit secundum hebre-  
 num ideoma et iudicantes reum maiestatis la-  
 pidarent. Et factum est ita. et lapidatus est naboth  
 extra ciuitatem iecrabel. Cumque accepisset achab  
 de morte naboth. descendebat in vineam vt  
 possideret eam. Et occurrit ei helias thesbites  
 dicens: Hec dicit dominus: Occidisti. insuper et pos-  
 sedisti. Hebreus habet. Occidisti. et post hoc here-  
 ditabis. In loco hoc in quo lixerunt canes san-  
 guinem naboth. labent que sanguinem tuum. id est. in  
 eadem regione. Non enim intelligendum est in eodem  
 loco singulariter. Qui respondit: Num inuenisti  
 me inimicus tibi. id est. quare inimicaris mihi: Et  
 ait helias: Eo quod venudatus sis diabolo. vt fa-  
 ceres malum coram domino. Propterea demeret  
 dominus posteriora tua. et dabit domum tuam sicut  
 domum ieroboam et baasa. Sed et de iecabel dicit  
 dominus: Canes comedent iecabel in agro iecra-  
 bel. Achab ergo timens valde scidit vestem suam  
 et operuit se cilicio. et dormiuit in sacco. et am-  
 bulauit demisso capite. Et ait dominus ad heliam  
 Quia humiliatus est achab coram me. non in-  
 ducam malum hoc in diebus eius. sed in diebus filij  
 sui. Forte dimissus est ei peccatum propter pre-  
 sentem iusticiam. Transierunt igitur tres anni sine  
 bello inter syriam et israel. propter fedus quod  
 inierant. Interim autem iosaphat rex iuda ac-  
 cepit uxorem filio suo iozam atbalianam filiam  
 achab et iecabel. et pro affinitate confedera-  
 ti sunt rex iuda et rex israel Tunc descendit io-  
 saphat ad regem israel videndum. et eo presente  
 dixit achab seruis suis. Nostra est ramoth  
 que est in galaad. cur negligimus eam tollere de  
 manu regis syrie. Et ait ad iosaphat: Ve-  
 niens ne mecum ad preliandum in ramoth galaad:  
 Qui respondit: Sicut ego ita et tu. populus  
 meus populus tuus. Sed quamquam hodie obsecro  
 sermonem domini. et ascitati sunt baal. prophetae circi-  
 ter. cccc Quibus rex ait: Ibo in ramoth gala-  
 ad ad pugnandum an quiescam. Qui dixerunt  
 Ascende et dominus dabit eam in manu regis. Et  
 ait iosaphat: Num est hoc propheta domini:  
 Cui achab: Remansit vnus michas filius



# Regum tertii

hiemla. s. odi eum. qz nō pphetat mihi bonū.  
Putabat reliqs occisos a ieçabel. Tūc pe-  
tete iosaphat vocat e micheas. 7 hortabat  
eū nūcius. vt bona regi diceret. sicut et alij.  
Qui rñdit: Quia dñs. qz qd cūqz dixerit m  
dñs s loqr. Porro i pseudo pphetl erat se-  
dechias ferel cornua ferrea 7 dicēs ad ach-  
ab: Hec dic dñs: His vtilabis syriā. do-  
nec deleas eā. i. s. signū do tibi. qz vtilabis  
syriā. Tūc qsiuit achab a michea idipsuz  
qd qsierat ab alijs. Qui rñdit: Ascēde 7 tra-  
det eos dñs i manu regl. nō tñ dixit qz vel  
cui regl. Cui achab: Adiuro te vt non loq-  
nis nisi qd verū ē i noie dñi. Tūc ait miche-  
as: Audi isrl dispersū qsi oues sine pastore  
7 ait mihi dñs: Nō habēt isti dñz reuertāt  
Et itelligēs achab q p diceret ei se moritu-  
rū. dixit ad iosaphat: Videl qz nō pphetat  
mihi bonum. Tūc addidit micheas. Audi  
dñm sedētē. 7 angelos assistētes ei bonos a  
dextr. malos a sinistr. 7 ait: Quis decipiet  
achab vt descēdat 7 cadat i ramoth galaad  
Hoc enī exigebāt merita ei. Et dixit vn<sup>a</sup>  
sinistris. Ego ero spūs mēdax i ore pphaz  
ei. Cui dñs: Decipies 7 pualetis. Tūc se-  
dechias percussit micheā i maxillā. 7 ait: De-  
ne dimisit spūs dñi. 7 locut e tibi: Cui mi-  
cheas. Misurus es qñ abscondērl i cubiculo  
tāqz dephelus in mēdacio. Et vidit sedechi-  
as regē hēlitātē. 7 pfortauit eū dicēs secreto  
Hic si esset. ppha aruisset man<sup>a</sup> mea. sic ma-  
nus ieroboā. S. 7 locut e p heliā q pdixit  
te moriturū vbi mortu e naboth. Tūc rex  
pcepit icarcerari micheā vsqz ad reditū suū  
De iosaphat. Capitulū. XL.

## Scēderūt igit

a cum exercitu duo reges in ramoth  
galaad. 7 iosaphat erat in stola regali. Cui  
achab deferens erat in habitu militari. vel  
ne cognosceret a syris. Rex enī syriē pcepe-  
rat pncipibz belli. vt reliqs nō curātes soli<sup>9</sup>  
achab sanguinē qrerēt. Et ppterea impetu  
facto pugnabāt p iosaphat. Qui cuz excla-  
masset puocās seruos. itellexerūt syri nō eē  
achab. 7 cessauerūt ab eo. An<sup>9</sup> aut dirigēs

sagittā in incertū percussit achab iter pulmonē  
7 stomachū. 7 fluebat sanguis in lynnū. i. in  
īteriora curr<sup>9</sup> 7 p pcones reuocat e exercit<sup>9</sup>  
a bello. Mortu<sup>9</sup> ē aut achab et delatus ē in  
samariā. 7 sepult<sup>9</sup> ibi iuxta domū eburneaz  
quā edificauerat. Et dñ lauarent muliercu-  
le currū 7 habenas i piscina samariē. linxe-  
rūt canes sanguinē ei. iuxta verbuz heliē. 7  
regnavit ochocias fili<sup>9</sup> ei. p eo. Porro iosaphat  
redeūti occurrit hieu fili<sup>9</sup> anani argu-  
ens euz q ipio pbuisset auxiliū. Josaphat  
ho regnavit i hierlm. Triginta qnqz āno-  
rū erat cū regnare cepisset 7. xxv. ānis regna-  
uit. Cepit aut regnare āno. iij. achab regis  
isrl. S. 7 h orit qstio de collatione. qz oēs  
post libzū reguz separatim discutiemus. Et  
ambulavit iosaphat i vijs asa pzis sui. An-  
no siqdē tertio regni sui pcepit pncipib<sup>9</sup> et  
sacerdotibz regni sui. vt pagrātes p singu-  
las ciuitates docerēt pplm legē moyli. Por-  
ro amonitē. moabitē. 7 arabes. irruerūt i iu-  
dam circa engaddi. Et orāte iosaphat i tē-  
plo vt legit in paralipomenō pfortauit eū  
iaçiel fili<sup>9</sup> çachariē ppha dicens: O iuda et  
hierlm nolite time-  
re. cras egrediemini et dñs erit vobi-  
scū. Et egress<sup>9</sup> percussit hostes et fugauit  
Cūqz diriperet isrl castra hostiū tribus  
diebus. dixit locuz illū puallē bñdictio-  
nis. et habuit deinceps cor rectū cum  
dño. S. 7 reliqs es-  
feminatoz abstulit  
de trā: verūtn excel-  
sa nō abstulit. 7 ad-  
huc fuit edō regi iuda i tributo. Misit  
qz iosaphat classes in ophir ppterea auruz  
q pfractelūt i asiongaber. Hāc pfractioez  
pdixerat ei elieçer ppha fili<sup>9</sup> dodan futuraz  
qz iosaphat fecerat fedus cum ochocia. Et  
mortu<sup>9</sup> ē iosaphat. 7 sepult<sup>9</sup> in ciuitate da-  
uid. 7 regnavit p eo iozām filius eius.

Nota q iudea qñqz  
dz tota terra iudeoz  
vt ibi. ignoti iudea  
dei. 7 not<sup>9</sup> i iudea de  
us. Qñqz iudea dz  
tm trib<sup>9</sup> iude 7 benia-  
min. sm qd dz qro  
boam regnavit sup  
iudaz. ieroboā super  
isrl. Qñqz sola trib<sup>9</sup>  
iude iudea dz. vt ibi  
Iudea et hierusalez  
nolite ti.



# Historia

## Incidentia

Sub iofaphat non<sup>o</sup> latinoꝝ rex fuit filius carpent<sup>o</sup> decimus filius tyberis. a quo fluvius dictus ē tyberis. q̄ p̄us albula dicebatur. vnde decimus filius agrippa.

## Sequuntur tituli capitulorū in historia regum quarti.

De ochozia rege israel.	cap. i.
De raptu heliç.	ca. ij.
De sale helisei.	ca. iij.
De tribus regibus qui obsederunt regem moab.	ca. iiij.
De supabundantia olei.	ca. v.
De suscitatione filij sunamitis.	ca. vi.
De colloquitiis et superabundantia panum.	ca. vii.
De naaman.	ca. viij.
De securi et acrisia syrioz.	ca. ix.
De sc̄da obsidione samariç.	ca. x.
De fame septē annoꝝ et pegrinatiōe mulieris sunamitis.	ca. xi.
De morte benadab.	ca. xij.
De iozam rege iuda.	ca. xij.
De hieu rege israel.	ca. xiiij.
De lxx filijs achab et eoz morte et de morte hieu.	ca. xv.
De arbalia et ioas.	ca. xvj.
De gaçophilatio.	ca. xvij.
De obitu helisei.	ca. xvij.
De amasia et ioas rege israel.	ca. xix.
De ieroboam rege israel. et amos propheta.	ca. xx.
De oçia.	ca. xxj.
De çacharia et sellū et manahēn.	ca. xxij.
De initio captiuitatē decē tribuū.	ca. xxij.
De ionathan.	ca. xiiij.
De achaç.	ca. xxv.
De captiuitate decē tribuū.	ca. xxvj.
De eçechia.	ca. xxvij.
De signis trium annoꝝ que p̄dixit esaias.	ca. xxvij.
De fuga sennacherib.	ca. xxix.
De regressu solis.	ca. xxx.
De morte eçechiç.	ca. xxxj.
De manasse et obitu esaiç.	ca. xxxij.

De morte manasse.	ca. xxxij.
De amon et iosia.	ca. xxxij.
De hieremia.	ca. xxxv.
De inuentione deuteronomij.	ca. xxxvj.
De morte iosiç.	ca. xxxvij.
De ioachim vel ioachaç.	ca. xxxvij.
De nabuhodonosor et morte ioachim. capitulum. xxxix.	
De sedechia.	ca. xl.
De laguncula testea.	ca. xli.
De p̄ma obsidione hierlm.	ca. xliij.
De sc̄da obsidione hierlm.	ca. xliij.
De fuga sedechiç capta vrbe.	ca. xliij.
De incēdio tēpli et vrbis et godolia.	ca. xlv.
De morte sedechiç.	ca. xlvi.
Sedatio contrarietatum.	ca. xlviij.

## De ochozia rege israel. Capitulum primū historie regum quarti.

### Ocho

**P**çias filius achab regnare cepit in samaria. āno. xvij iofaphat et duobus ānis regnauit. et ambulauit i vijs patris et matris sue. et p̄uaricatus ē moab in israel. id est. recessit a tributo eius. Ceciditq; ochoçias per cancellum cōnaculi et egrotauit. et misit nuncios qui consulerēt beelçebub deus accaron. de infirmitate sua. Iosephus dicit misit ad deus accaron muscam. et misit dominus helias in occur. Beelçebub de<sup>o</sup> accusum nuncioꝝ. Qui ron d<sup>o</sup> musca. ait eis: Nūquid nō est deus in israel vt eatis ad deum accaron. Quāobrem nō cōsurget ochoçias. sed morietur. Luncq; redijssent nunciij ad regē et dicerent se redisse p̄ hmōi p̄hibitione q̄sinit ab eis d̄ habitu viri q̄ apparuerat eis. Qui dixerunt ei: Vir pilosus est. et çona pellicea accinct<sup>o</sup>. Qui ait: Helias est. et misit rex q̄n quagenariū cum suis q̄nquaginta armatis vt vocarent heliam vel inuitum traherent. Et ait quinquagenari<sup>o</sup> heliç sedenti in vertice montis. Homo dei rex p̄cepit vt descē



# Regum quarti

das. Qui respōdit: Si homo dei sum descē-  
dat ignis de celo. et deuoret te et tuos. et sic fa-  
ctum est. Misit q̄ rex alium q̄n quagenariū  
cum suis qui similia locut⁹ est. et similia pas-  
sus. Destinavit q̄ tertium q̄n quagenariū  
q̄ credit fuisse ab dias. qui curuans genua  
corā helia ait: Obsecro vt miserearī anime  
meę et seruoꝝ meoꝝ. Et ait angel⁹ ad heliā:  
Descende cum eo ne timeas. Qui descēdit  
ad regē et ait: Quia misisti ad beelzebub q̄si  
non esset deus in israel morierī. Et mortu-  
us ē ochozias. et regnavit iozā frater eius  
pro eo. anno secundo iozā filij iosaphat.  
et tūc equiuoci fuerunt rex iuda et rex israel  
et affines.

De raptu helie. Capitulū. II.

## Actum est cum

lenare vellet dñs helias p turbinē  
in celum venerunt helias et heliseus ī galga-  
la. Et ait helias ad heliseum: Mane hic. q̄  
misit me dominus in bethel. Qui respondit  
Viuu dñs et viuua anima tua. quia non de-  
relinquā te. Sciebat enī in spiritu eum tol-  
lendum esse. Et occurrerunt eis filij p̄phaz  
qui erant in bethel. et dixerūt ad heliseū secre-  
to. Nosti quia hodie tolletur dñs tu⁹ a te.  
Qui respōdit: Noui. Silete. Et ait helias:  
Mane h. Qui noluit: Cūq̄ venisset ī hie-  
richo id ipsū dixerūt heliseo filij p̄phetarum  
qui erāt ibi qd̄ et p̄dicti. Et voluit helias vt  
maneret ibi. sed noluit. Cūq̄ veniret ad ioz-  
danē ambo. et. l. de filijs p̄phaz a longe spe-  
cularent. inuoluit helias palliū suū et percus-  
sit aquas q̄ diuise sunt. et transierūt p̄ siccū  
Cūq̄ transissent. dixit helias ad euꝝ. Po-  
stula qd̄ vis. et faciam tibi anteq̄ tollar a te  
Qui respōdit: Obsecro vt fiat spūs tu⁹ du-  
plex in me. Qui respōdit: Rem difficilē po-  
stulas. tamen si videris me quando tollar a  
te. erit. alioquin nō erit. Spiritum duplicē  
habuit helias. id ē. ad duo. ad prophetias  
et ad miracula. Et ad eadem duo fuit spūs  
in heliseo. et ita non petijt discipulus eē su-  
per magistrū. Quidam tamen distinguūt  
ita. fiat spūs tu⁹ duplex in me. i. duplicet in

me. Qd̄ ita impletū fuisse tradūt. Nam he-  
liseus viuens suscitauit mortuū. sed et mor-  
tuus suscitauit mortuū. quod non helias.  
Cūq̄ pergerent. ecce currus igneus et equi  
ignei diuiserūt vtrūq̄. et ascendit helias. et  
ferebatur per turbinem in celum. Legitur  
q̄ sabacha pater helie nōdum nati. vidit ī  
somnia viros cādidos se salutantes. Qd̄  
cū nunciasset in hierusalem. responsum est  
ei. Puer hic iudicabit israel ī gladio et igne  
Heliseus autē videbat et clamabat: Pater  
mi pater mi. currus israel et auriga eius. id  
est. sustentator populi et rector. et deiecit ei  
helias palliū suū. Tunc ille scidit vestimē-  
ta sua. vel p̄ dolore. vel abiciēs vestē suā  
vt deinceps vteretur veste helie. Et rediēs  
ad iordanem percussit aquas pallio helie et  
non sunt diuise. et ait: Ubi est de⁹ helie etiā  
nunc? Percussitq̄ iterū et diuise sunt. et trā-  
sijt. Quod videntes filij p̄phaz dixerunt  
Requieuit spūs helie super heliseū. Et oc-  
currentes adorauerunt eum. et eo licet reni-  
tente miserūt. l. viros ad querendum heliā.  
si forte percisset euꝝ dñs in aliquo montiū  
vel vallium. Cūq̄ q̄sissent per tres dies. eo  
nō inuento redierunt.

De sale helisei. Capitulū. III

## Hinc dixerunt

virī hiericho ad heliseū: Terra h̄  
optima est. sed aqua fontis pessima terram  
facit sterilem. Qui assumens vas nouum  
terreum misit in illud sal. et egressus ad fon-  
tem misit sal in illū. Et cū orasset ait: Hec  
dicit dominus: Sanauit aquas has. et non  
erit in eis mors vltra. neq̄ sterilitas. Forte  
morboſa erat bibentibus cum sterilitate. Et  
sanatę sunt aque vsq̄ ad diem hanc. Cū-  
q̄ ascēderet in bethel. illud ebant ei. xliij. pu-  
eri dicētes: Ascende calue. Et maledixit eis  
in nomine domini. id est. per nomen domini  
vel inuocato nomine domini. Egressiq̄ sūt  
duo vrsi de saltu. et deuorauerunt eos. Cū-  
q̄ transisset per montē carmeli. redijt in sa-  
mariam et habitabat in ea.

*Alia explosio in  
ho. spūs.*

*maſca ea qua  
pater helie  
somnia. Pater  
mi nuda.*

*Quomodo helias  
sanauit aquas  
note domini in*

*De pueris qui  
vrsis strangulati  
sunt. Pater  
domini in*



De tribus regibus qui obsederunt regem moab. Capitulum. III.

**P**orro ioiaz fili<sup>9</sup>

achab regnavit in samaria anno xvij. iosaphat. et. xij. ānis regnavit. tulitq; idola gentium que pater su<sup>9</sup> introduxerat. verū tamen a cultu vitulorum ieroboam nō recessit. Quem cum redargueret micheas. occisus est ab eo p̄cipitio: vt dicit epiphanius episcopus salamię cypri. Et sepultus ē in moraschi solus iuxta sepulturam senachim. Alius fuit post micheas similiter moraschites sextus. xij. pphetarum. Porro rex moab soluebat regi israel tributus. agnoscentū milia. 7 totidē arietes cuz velleribus suis. sed mortuo achab recessit a tributo. Quāobrem iozam rex israel ascendit cōtra eum in p̄lium 7 habuit secum iosaphat regem iuda. sed 7 iosaphat duxit secum regē edom. Cūq; inissent p̄ desertum idumę vij. dieb<sup>9</sup> nō erat eis aqua. Et ait iosaphat Est ne hic ppheta domini: Et respōdit quidam: Est hic helisē. q̄ fundebat aquas sup man<sup>9</sup> helisē. Et steterūt tres reges añ helisē. Qui dixit ad regē isrl: Quid mihi 7 tibi ē: id ē. tu cū sis idolatra: q̄re venis ad p̄bam dñi. Verū tamē ppter iosaphat respiciā te 7 ait: Adducite mihi psaltē. id ē. psallētem. Cūq; caneret psaltes: per armoniam excitatus ē spūs ei<sup>9</sup>. 7 fact<sup>9</sup> est spūs dñi sup euz. 7 ait: Facite ī alueo torrētis hui<sup>9</sup> exiccato fossas 7 foneas. vt abundantia supuenientis aque retinere possint. Dabit enī dñs vob aquam sine vento. 7 pluuiā in abundantia. Insup tradet dñs moab ī man<sup>9</sup> v̄ras. vrbes electas pcutietis. ligna fructifera succidet. fontes obturabitis. agros egregios operietis lapidib<sup>9</sup>. Factū ē mane ī hora sacrificij irruerūt aque p̄ alueū torrēt. Pluerat enī vehementer trib<sup>9</sup> dieb<sup>9</sup> vt ait ioseph<sup>9</sup> ī supremis partibus idumę. Porro moabite stabant in terminis terre sue. vt p̄hiberent hostes ab ingressu. Qui cum mane vidissent ex aduerso aquas turbidas torrētis sole re-percussas. suspicati sunt infectas sanguine.

7 dixerunt: Surgamus ad p̄dam mutuo celi sunt hostes. Et dum irruerent precipites percussit eos israel. et fugerunt et depopulatus est israel moab. et fecit illa quattuor que p̄dixerat helisē. Et circumderūt ciuitatem vbi erat sedes regni que a fundibularijs ex magna parte percussa est. Et desperans rex moab. tulit secum septingentos electos. vt irrumperet per partem exercitus vbi erat rex edom et aufugeret. Sed hostes repulerunt eum in vrbem. 7 necessitate compulsus. filium qui regnaturus erat pro eorum hostibus supra murum obtulit holocaustum. vt deus euz liberaret. Reges autem videntes hoc factum necessitatis ex humana compassione recesserunt ab eo. Et redijt iosaphat in hierusalem. et occurrens ei hien propheta. filius anani. culpabat eum q̄ homini idolatre solacia p̄buisset.

De superabundantia olei.

Capitulum. V.

**F**actū est autem

q̄ quedam mulier de vxoribus pphetarū vxor scilicet abdię ad helisē clamabat dicens: Vir meus mortuus est. et oppressus erat gre alieno propter alimoniam prophetarum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Et respondit helisus: Quid habes in domo tua: Et illa: Non habeo nisi paru<sup>9</sup> olei quo vngar. Qui ait: P̄ete mutuo vasa vacua nō pauca. et clauso ostio cum filijs tuis mitte inde in omnia vasa. Dumq; infunderet mulier. crescebat oleum. et impletis vasis stetit. id est. crescere cessauit. Quod cum accepisset helisē. ait ad eam: Vade vende 7 redde creditori. Tu autem et filij tui viuite de reliquo.

De suscitatione filij sunamitis

Capitulum. VI.

**F**actū ē vt tran-

siret helisus per sunam ciuitatem. et erat ibi mulier magna non tam corpore q̄ sapientia. que intelligens virum dei



# Regum quarti

esse tenuit eum vt comederet panē. Cūq; frequēter diuerneret ad eā helise⁹ suasit mulier viro suo. vt faceret ei cenaculū parū. ⁊ poneret ī eo lectulū ⁊ mēsaꝝ ⁊ sellā ⁊ cādelabū. Et rediēs helise⁹ requeuit ibi. ⁊ ait ad gieci: Uoca sunamitē hāc ⁊ loquere ad eā. Quid vis vt faciat dñs me⁹ tibi: Loquet p te regi vel principi militię. Quē respondit: In medio ppli mei habito. q̄si diceret. Galata sū ppinqs. ⁊ null⁹ inquietat me. Cūq; q̄reret helise⁹ qd vellet. dixit gieci ad eū: Filiū nō habet. ⁊ vir ei⁹ senex ē. Tūc ait helise⁹ ad eā. in tpe isto ⁊ in hac eadem hora si vita comes fuerit. habebis ī vtero filiū. Hebrē⁹ sic h̄s. In tpe isto. cū tps vitę subandi ad huc erit tibi. habebis ⁊c. Quē r̄ndit: Noli vir dei mētiri ancille tuę. Cōcepit tñ mulier ⁊ peperit iuxta verbū helisei. Cūq; creuisset puer. egressus ē ad p̄em ad messorēs ⁊ egrotauit. Cūq; clamasset bis caput meū doleo. remisit eū pater ad matrē suā. ⁊ mortuus ē. Et collocauit eum mater super lectum viri dei. ⁊ clausit ostiū. ⁊ vocans virū suū ait: Currā ad viam dei et reuertar. Qui respōdit. Hodie non sunt kalendę nec sabbatuz curibis: Istis enim diebus pphete ⁊ doctores solebāt frequentari et audiri. Et tollēs mulier vnum de pueris secuz. sedens in asino venit ad virum dei in montem carmeli. Qui cum vidisset eam ait ad gieci. Ecce sunamitis illa. Occurre ⁊ dic ei: Recte ne agitur circa te ⁊ virū tuū ⁊ filium: Quē r̄ndit: Recte. Et nota qd semp helise⁹ hospita suaz vocabat sunamitē. Nō enim tantā habuit familiaritatē cum ea. vt pprium nomē eius sciret. ⁊ proiecit se mulier et apprehendit pedes helisei. Et ait helise⁹ gieci volēti eā amouere. Dimitte illaꝝ. Nā ei⁹ in amaritudine ē. ⁊ dñs cclauit a me. Et ait mulier: Nūqd petini filiū a te. q. d. Mibi nō petēti dedisti filiū in p̄niciē meā. Nūqd non dixi tibi. ne illudas me. Illusionē vocat dari filiū a dño ⁊ tam cito auferri. Et ait ille ad gieci. Tolle baculū meū ⁊ vade ⁊ ne facias morā vl̄ aliquem salutando vel respondendo salutati. ⁊ pones baculum meū sup faciē pueri. Cū

q; abiisset. ait mulier ad heliseū: Vniū dñs nō dimittā te. Et secut⁹ est eā. Et reuersus est gieci in occursum ei⁹ dicēs: Nō surrexit puer. Et ingressus helise⁹ incubuit sup puerū ⁊ contrahens se coaptauit mēbra sua membris eius. Et cum orasset calefacta est caro pueri. et oscitauit puer et aperuit oculos. Quem cum reddidisset matri viuentē. reuersus est in galgala. Hunc locum sepe frequentabat heliseus. tum pro religione locutum quia ibi natus est. et in ortu ei⁹ tale ibi contigit prodigium. vt imago vna ex vitulis aureis mugiret acute. Quo audito ī hierusalez sacerdos diuino nutu ait: P̄pheta natus est in israhel qui sculpilia eoruz destruet et fusilia.

De colouintidis et superabundantia panū. Capituluꝝ. VII.

**Viro fames** erat ī

p terra ⁊ filij pphetarum p̄uenerant ad heliseum. Qui dixit vni de pueris: Loque pulmentum filijs pphetarum. Qui egressus vt colligeret herbas agrestes. inuenit quasi vitem siluestre ⁊ collegit ex ea colouintidas nesciens quid esset. ⁊ concidit in ollam pulmenti. Hę sūt agrestes cucurbitę amarissimę. m̄iores his q̄ ī hortis nascūt. Vel vt qdam dicūt. herba ē q̄si vitis se diffundēs ī sepib⁹. fructu modico purpureo et rotūdo cū matur⁹ ē. Cūq; gustassent recubētes d̄ coctione hac clamauerūt. Mors ī olla viri dei id est. amaritudo q̄si ī morte vel mortifera. Et allatā farinaꝝ misit ī ollā. ⁊ dulcorata est esca. Vir autē qdam detulit viro dei panes p̄mitiaruz ⁊ xx. panes hordeaceos. ⁊ frumētū nouū ī pera. id ē. grana confricata. Non est intelligendū de panibus primitiaꝝ quę offerebantur in pentecoste. neq; de polenta q̄ offert in pasca. s̄ qz fames erat ī terra. festinatē de tritico adhuc recente fecerat iste panes: quos fecit heliseus apponi populo. Quidā dicūt. c. viri. qz minister dixit. quātū ē s̄ vt apponā. c. viris. Sed intelligēdū vt apponā etiā. c. viri nedū p̄plo. Alfort e duos tñ panes p̄mitiaꝝ apposuit. c. viris



dicens: Hec dicit dominus: Comedet et supererit. Et factum est ita miraculose iuxta verbum domini.

**De naaman. Capitulum. VIII.**

## **Naaman autem**

principes erat militie regis syrie. vir dives et assiduus sed leprosus. Et latrunculi de syria captivam duxerunt puellam de israhel. que erat in obsequio uxoris naama. Que ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetas samarie qui curaret eum. Tulit naaman argentum et aurum multum. et permutatoria vestium. id est decem paria. vel novas vestes que sic vocantur per mutationem vestium veterum. Tulitque secum litteras regis syrie ad regem israhel in hebreis verba. Scito quod miserim ad te naaman ut cures eum a lepra. Et audiens rex israhel blasphemiam. scidit vestimenta sua. et ait: Numquid ego deus sum ut cures hominem leprosum? Occasiones querit adversum me. Et misit ad eum heliseus dicens: Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad me. et sciat prophetam esse in israhel. Stetit itaque naama et equitatus eius ad hostium helisei. Qui misit ad eum dicens: Lavare septies in iordane et mundaberis. Cumque abiret naaman indignans quod non tetigisset eum invocans nomen domini. dixerunt ei servi sui: Si rem grandem dixisset tibi propheta facere debueras. quanto magis quod modicum est. Descendit ergo et lavit se in iordane septies. et mundatus est. Et rediens stetit coram heliseo. et ait: Scio quod non sit deus alius in universa terra nisi in israhel. Et obtulit ei benedictiones. Cumque renuente vim faceret. ait heliseus: Vivit dominus. quod non accipiam. Et ait naaman: Obsecro ut tollam onus duorum burdonum de terra hac. Est autem burdo ex equo et asina. Secundum quosdam tulit terram. ut sterneret eam in templis idolorum. ut stans super eam adoraret deum terre israhel ne offenderet dominum suum si pariter non adoraret. Sed verius videtur quod fecerit altare domino ex ea ad imolandum. Unde et subdit: Non faciet servus tuus ultra holocaustum ac victimam diis alienis nisi domino. Unus est quod mutare non possum cum innitit rex super manum meam. et adorat in

templo remon oportet me simul adorare. Ora dominum ut non imputet mihi hoc. Et abiit naama electo terre tempore. id est cum elegisset terram ad portandum. Hebraeus sic habet. Abiit ab eo aliquanto terre spatium. Eadem ambiguitas in genesi legitur. Eratque vernum tempus. Et ingrediebatur effrata. Hebraeus habet. Adhuc spatium terre erat. et ingrediebatur effrata. Et sic latinus interpretis posuit electum tempus vel vernum per spatium. Lucurrit autem gieci post naaman ut aliquid acciperet ab eo et ait Dominus meus misit me ad te dicens: Venerunt ad me duo adolescentes ex filiis prophetarum. da eis talentum argenti et vestes duplices. At ille dedit eis duo talenta et vestes. et tradidi eis pueros qui deferret ea. et abscondit ea in domo. Cumque vespere staret coram heliseo ait: Unde venis gieci? Qui respondit: Non inquit servus tuus quoquam. At ille: Nonne cor meum tecum erat. cum reversus fuerat homo in occursum tuum? Accepisti argentum ut emas possessiones. Sed lepra naaman adhaerebit tibi et semini tuo in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus. Non legitur ad litteram gieci filium habuisse leprosum nec posterum. Certum est autem de giecitibus quod lepra simonice respersi sunt.

**De securi et acrisia syrorum.**

**Capitulum. IX.**

## **Actum est autem**

cum esset heliseus cum filiis prophetarum incidit ligna ad iordanem cecidit ferrum securi unus in aquam. Cumque evulset ille. misit heliseus lignum in aquam ubi ceciderat ferrum. et natavit ferrum et tulit illud. Porro rex syrie pugnabat contra israhel. et sepe ponebat suos suos in insidiis. quos cauebat rex israhel heliseo sibi manifestate abscondita syrorum. Et perturbatus rex syrie ait suis suis: Quis vestrum proditor est mei apud regem israhel? Et ait unus: Nequaquam sed heliseus indicat regi israhel quecumque loqueris in cordani. Qui ait: Mittam et capiam eum. Cumque accepisset eum esse in dathaim. misit illuc robur exercitus. Qui venientes illuc in nocte circumdederunt civitatem. Mane puer helisei vidit exercitum. territusque clamavit: Hec



# Regum quarti

dñe qđ faciem? Qui rñdit: Noli timere. plures sūt nobiscū. Et orāte heliseo apuit dñs oculos pueri. 7 vidit mōtē plenū curribus igneis. i. agminib⁹ angeloz. Lūq̄z ita rēt hostes ad eum. orāte heliseo pcussit eos dñs cecitate. nō oī qđ ē. s̄ acrisiane eñ agno. scerent. Et dixit ad eos helise⁹. Nō ē h̄ via. nec est ista ciuitas. i. nō ē h̄ māsiō helisei. Sequimini me 7 ostēdā vobis virū quē q̄ritis. 7 duxit eos ī samariā. Et orāte heliseo aperuit dñs oculos eoz. 7 viderūt se esse ī medio samarie. 7 hostes circūstantes. Et dixit rex isrl̄ ad heliseū. Percutiā eos pater mi. Qui rñdit. Nequaquē. dñs enim adduxit eos. s̄ p̄be eis hospitalitatē affluēter. Quo facto redierūt syri ad ppria. nec vltra in dieb⁹ helisei venerunt latrones syrie in israel.

Acrisia ē amentia vi-  
sus. s̄. qñ q̄rimus qđ  
in manu tenemus.

De secunda obsidione samarie.

Capitulum. X.

**Actum est post**

hęc benadab rex obsidebat samariā. 7 facta ē fames in samaria. ita vt venderet caput asini. lxxx. argenteis numismatis 7 quarta ps cabi stercozis colūbar. v. argēteis. Hac vt ait ioseph⁹ cōdiebāt cibos p sale. Tradūt qđdam noīe stercozis dici vesiculā columbe. in qua reperiēbant grana de foris allata. Lūq̄z trāsiret rex isrl̄ p murus. 7 cōsideraret custodias muri. clamauit mulier ad eū: Salua me dñe rex. Qui suspicatus qđ q̄reret aliquid ab eo. cōmot⁹ rñdit: Nō saluat te dñs. An te saluare possū. De area an te torculari: Quē rñdit: Nequaquē dñe. s̄ ego 7 mulier ista cōdixeram⁹ de filijs nostris comedendis. 7 comedim⁹ filiū meū s̄ aut abscōdit filiū suū. Et cōtristat⁹ est rex vehemēter. 7 scidit vestimēta sua. 7 apparuit ciliciū quo vestitus erat ad carnē. Et ait: Quid ampli⁹ mali possum⁹ expectare a dño. Hęc faciat mihi de⁹. 7 hęc addat. si steterit caput helisei sup ipsuz hodie. Hoc enī māli imputabat heliseo. qđ cōcines non libera-

bat cū posset. Lūq̄z misisset spiculatorē pgnitētia duct⁹ sequebat eū vt phiberet. Heliseus aut sedebat in domo sua 7 senes cum eo. quos ioseph⁹ discipulos ei⁹ dicit. Et ait helise⁹: Nescit qz fili⁹ homicide. qđ. s̄. occidit naboth misit vt p̄cidat caput meuz. Prohibete intrare nunciū donec veniat rex. qđ. p̄hibebit ei qđ iusserat. Lūq̄z supuenisset rex ait heliseus: Cras bachora erit in porta samarie modius simile. p̄ statere vno. et duo modij hordei similiter. Et irrisit eū vnus eozū sup quoz manus rex incumbēbat dicens s̄ eē impossibile. Qui heliseus. Videbis 7 nō comedes. Porro quattuor leprosi erāt ad introitum porte fame deficiētes. Qui vespere venerunt ad castra syrie 7 neminē ibi repererūt. Terrauerat enī dñs syros. 7 sonit⁹ exercitus magni mittēs sup eos. fugerūtqz animas suas tm saluare cupientes. 7 intrātes leprosi comederūt. 7 tollentes de p̄da iuxta cor suuz nūciauerunt portarijs vrbis syros abisse. Suspicatus autē rex israel syros simulasse fugam 7 latere. misit duos in equis qđ explorarent oīa vsqz ad iordanem. Qui cum reuersi nunciassent syros fugisse egressus p̄ls diripuit castra. 7 vendebat simila 7 hordeū iuxta verbū helisei. Dux autē qđ irriserat eū a rege cōstitut⁹ ad portam oppressus ē a turba. 7 mortuus est.

De fame septē añozū et peregrinatione mulieris sunamitis. Ca. XI

**Est hec aut he**

lisus locutus ē ad mulierem. cui⁹ filiū suscitauerat. Vade cū domo tua peregrinari vbicunqz poteris. Vocabit enī dominus famem sup terram. vij. annos. id est angelū p̄positū fami. qđ. d. famēs veniet. v̄l est locutio. De hac fame ambigū ē vtrū p̄cesserit p̄dictā obsidionē vel secuta sit. Igit mulier itrauit terrā philistiim. 7 cōtribules occupauerunt bona ei⁹. Quē finita fameregressa ē. 7 intrauit vt interpellaret regem p̄ domo sua et agris. Et tunc rex loquebatur cum gieci. quērens ab eo magnalia helisei. Qui videns mulierē ait: Dñe s̄ ē mulier. 7

*Quoniam dicitur  
ros. sic dicitur  
dicitur Heliseus.*

*Deus uerbo He  
dicitur*



hic est filius eius quem suscitauit heliseus. Quae cum narrasset regi seriem facti. restituit ei rex quicumque amiserat a die qua reliquerat terras.  
**De morte benadab. Capitu. XII**

## De benadab

**P** rex syrie audiens quod deus amouerat eum ab obsidione et non homo contristatus egrotabat. Heliseus autem ueniebat damascum et misit rex in occursum eius acahel cum muneribus. ut consuleret de infirmitate sua. Cui quarenti respondit heliseus: Dic ei sanaberis. Nec dixit sanabitur quia mortuus est rex. Sed ut diceret ei sanaberis. postea traxit acahel in partem dicens Ostendit mihi dominus quia morietur et tu eris rex syrie. Tunc impletum est quod dixerat dominus heliseo. Aliter enim non inuenit helias acahel. nisi quia per heliseum praedixit eum futurum regem. Et flevit heliseus uidentes in spiritu mala quae facturus erat acahel filius israel. qui etiam indicauit illi. Et reuersus acahel ad regem dixit: sanaberis. Altera die tulit stragulum. et infudit aquam. et expandit super faciem eius. Stragulum proprie est stratorum quod lecto uel sedili super sternitur. Et dicitur quod acahel pannus perfusus aqua imposuit super eum ad refrigerandum. Hebraeus habet. Expandit super faciem suam stragulum. ut non acahel sed ipse benadab hoc fecisse intelligatur. et tamen mortuus est rex et regnauit acahel pro eo. Quidam tamen hoc exponunt de obsequio mortui dicentes quod acahel mortuum lauit aqua. et expandit stragulum super faciem mortui. Iosephus plane dicit quod acahel altera die infuso laqueo stragulauit illum. Ad hunc sensum quodam praedicta littera referunt dicentes. quod acahel uelut madefactam posuit super faciem eius. simulans refrigerationem. sed statim effudit aquam super os eius donec suffocaret eum.  
**De iozam rege iuda. Capitu. XIII**

## De anno qui

**P** to iozam filij achab regis israel in quo coregnauerat ei iosaphat rex iuda regnauit iozam filius iosaphat in hierusalem. viij. annis. Qui ad consilium uxoris fecit malum coram domino secutus est deos alienos. Tamen dominus non disperdit iudam propter dauid seruum suum. Tunc re-

cessit edom ne esset sub iuda. Nam et regem suum tributarium occiderunt idumei. nouum creates qui non tenerent tributa reddere. Cumque iozam senex fratres suos occidisset. compelleretque hierosolymitas etiam idolatrare. tulit ad eum helias quidam propheta epistolam correctoriae cum comminatione poenae. Impleta est autem comminatione in hunc modum. Arabes irruentes in iudam vastauerunt prouinciam et domos regias. et uxorem regis abduxerunt. filiosque occiderunt praeter ochociam. et ipse tandem cronicae incidit egritudine. interna corruptione viscera effudit. ut quotidie quasi se peuntem uideret et mortuus est. et sepultus est in ciuitate dauid. Non tamen ut ait iosephus in sepulcro patrum suorum. sed prout tumulum sine regalibus exequiis traderunt ei. Et regnauit ochocias. uel acahas filius eius pro eo. Hunc regem et reliquos usque ad ochociam praetermittit mattheus. Regnauit autem anno. xij. iozam filij achab. Triginti duorum annorum erat ochocias cum regnare cepisset. et uno anno regnauit in hierusalem. et ambulauit in uis achab aui sui. Abijtque cum iozam filio achab auunculo suo ad praeliandum contra acahel regem syrie in ramoth galaad. et vulneratus est iozam. et relicto exercitu in obsidione sub hieu principe descendit in ierusalem ut curaretur. et descendit cum eo acahas.

**De hieu rege israel. Capitu. XIII.**

## Eliseus autem mihi

**H** sit unum de filiis prophetarum cum lenticula olei ad exercitum in ramoth galaad. ut ibi hieu euocatus in partem uingeret in regem super israel. Qui cum inuenisset hieu sedentem cum principibus ait: Verbum mihi ad te est o princeps. et ait hieu: Ad quae? Qui respondit: Ad te o princeps. Forte non cognoscens hieu. sed quasi praesagium in mente sua posuerat. ipsus esse hieu. qui primus respondisset. Cumque induxisset eum in cubiculum. fudit oleum super caput eius et ait: Hec dicit dominus: Anxi te in regem super israel. et percuties omnes domum achab in ultione sanguinis seruorum meorum de manu iecabel. Quo facto citissime aufugit propheta. Cumque regressus esset hieu ad



# Regum quarti

seruos dñi sui dixerunt: Quid venit insanus iste ad te: Quasi insanos enim reputabāt filios prophetarū. vñ qz fugerat citissime q̄si insanus. Et ait hieu: Recte iudicastis. Quā verba vesana locutus est dicēs: Hec dicit dñs. Anxite in regē sup̄ israel. Festinauerunt itaqz tollere vestes suas et substernere. ei i similitudine tribunalis. et canētes tuba dixerunt: Regnabit hieu. Cōiurauit ergo hieu p̄tra iorā et ait: Nullus nūciet hoc i ierāel. s̄ oēs ascendam simul. Cūqz ascēderent. speculator in ierāel ait: Video globū venientē. Et suspicatus ioram vel captā esse vrbē. vel pacē factam. misit nūciū in occursum eorū. Qui ait. Hec dixit rex. Pacata sūt oīa. Et ait hieu. Quid tibi et paci. q. d. Quid ad te: Sequere me. Vel forte huic hieu q̄si ipsi regi respondit. q. d. Quid queris de pace. q̄ terrā et pacem turbas: Et adhesit nūcius ei. Misit et ioram secūdū nūcium. q̄ similiter nō ē reuersus ad eū. Et ascēdēs iorā rex israel. et rex iuda cū eo. egressi sūt i occursum hieu vsqz in agrū naboth ierāelite. Et ait ioram: Est ne pax hieu. Qui respondit: Quē pax. Ad huc vigēt fornicatiōis matr̄ tuę. q. d. Quē pax potest esse inter nos. cū iugiter offēdamus deum p̄ idolatriā matr̄s tue. Et fugiēs ioras ait ad nepotem suū: Insidie sūt hic ochocia. Tūc percussit hieu iorā i ter scapulas. et egressa ē sagitta p̄ cor ei⁹. et corruit mortuus. Et ait hieu ad ducē tertie pt̄ militū: Projice eū in agrū naboth. Memēto quoniā ego et tu sequebamur achab patrē hui⁹. qñ cōminatus ē ei dñs p̄ helias. q̄ redderet ei i agro naboth p̄ sāguine naboth et p̄ sāguine filiorū ei⁹. Tū supra de filiis naboth nulla facta ē mētio s̄ qd̄ ibi tacitū ē. hic supplet. Forte canes lixerūt sāguinē iorā iuxta verbū helie. Lixerūt enī sāguinē achab cū lixerūt sāguinē filij ei⁹. Ochociam nō fugiētes insecutus est hieu. et vulnerauit eū i ascensu gabar. Qui vulneratus fugit i macedo. et mortuus est ibi. et tulerūt eū i hierusalem. et sepultus est in ciuitate dauid. Post hęc intrauit hieu in ierāel. Porro ierāel erat i arce turris et depinxit oculos suos sibi. et ornauit

caput suū vt pulchrior venientib⁹ appareret et p̄ fenestrā ait ad hieu: Quāq̄d pax esse potest camri. q̄ interfecit dñm suū. q. d. Tu occidisti dñm tuū sicut camri. et eadē pena puniendus es. Tūc dixit hieu duob⁹ eunuchis q̄ circūstabāt eā: Precipitate eā. et precipitauerūt eā de turre. et cōculcauerūt eā vngulę equorū. Cūqz hieu sederet ad mēsam. ait seruis suis: Ite et sepelite maledictā illā. qz filia regis ē. Cūqz venissent ad eā. nō inuenerūt nisi caluariam. id est. sup̄ remā cellulam cerebri. et pedes et sumitates manū. Quo audito ait hieu: Sermo dñi ē quem locutus est per heliam.

De lxx. filiis achab et eorū morte et demorte hieu. Capi. xv.

## Rait aut ach

ab. lxx. filij i samaria. Et sc̄psit hieu ad nutricos eorū. et ad optimates ciuitatis dicens: Eligite quē vultis de filiis achab. et cōstituite regē sup̄ vos. et pugnate p̄ domo dñi vestri. Qui p̄territi rescripserūt ei. Serui tui sumus. fac quod tibi placet. Et sc̄psit eis secūdo. Si mei estis. tollite capita filiorum dñi vestri. et venite ad me cras i ierāel et sic factum est. Et attulerūt capita i cophinis ad hieu. Qui mādanit ne introducerēt ad eum. sed iuxta introitus porte ponerēt ad duos acervos vsqz mane. Cūqz mane intueret capita. dixit hieu ad populus: Iusti estis. q. d. Cōparatione istorum q̄. lxx. occiderūt iusti estis. q̄ nō nisi iorā et iecabel mecū occidistis. Vel potius samaritas q̄ eos occiderant cōmēdanit. q. d. Iuste fecistis implendo verbū dñi. qd̄ videt velle littera sequens. Addidit enī: Si ergo interfeci dñm meū. q̄s percussit eum et istos: Dñs fecit qd̄ locutus est in manu helie. Tūc percussit hieu omnes reliquos de domo achab in ierāel. et optimates ei⁹ et notos et sacerdotes. et ibat in samariam. In via vero obuianit. xl. duob⁹ fratribus ochocie regis iuda. q̄ descenderant ad salutandos ioras et ochociaz ne scientes q̄ occisi essent. et occidit eos hieu. Tūc egressus est in occursum hieu iona



Dab fili<sup>9</sup> rechab. et benedixit ei pro ultione dñi quam fecerat. Quem impositus curru suo duxit hien in samariam. et percussit omnes qui reliquerat de achab usque ad unum. Congregavit ergo hien populum samarie. et ait in dolo: Ampliare volo cultum baal. vocate omnes prophetas eius et sacerdotes. Quicumque defuerit non viuet. Sacrificium enim grande est mihi baal. et venerunt omnes serui baal. nec unus defuit. et repleta est domus baal. Et ait hien his qui erant super vestes. Date vestes omnibus servis baal. Et dederunt. Cumque perscrutatus esset hien diligenter. ne quis defesset vel alius interesset. dixit militibus suis. Ingredimini et percute eos. nullus euadat. Et percusserunt eos. statuamque baal commoverunt. et destruxerunt templum eius. et fecerunt pro eo latrinas. id est. subterraneos cuniculos ad mundandas vias urbis. Et deleuit hien baal de israel. Verumtamen a vijs hyeroboam non recessit. et ait ei dominus: Quia fecisti que in corde meo erant contra domum achab. filij tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum israel. Et mortuus est hien et sepultus in samaria cum regnasset viginti octo annis et regnavit pro eo filius eius ioas vel ioabac vel ioachaç.

De athalia et ioas. Cap. XVI

## De athalia

videns filium suum mortuum et volens regnare. interfecit omne semen regium in hierusalem. Erat autem ioaba soror ochocie ex patre. et uxor ioiade summi sacerdotis. que furata est ioas filium ochocie lactentem ne interfeceret. et abscondit eum septem annis in domo domini. id est. in domuculis ebdomadarioum. Anno autem septimo ioiada collegit centuriones et principes leuitarum et milites. et ostendit eis secreto filium regis. et coniuraverunt omnes pro puero contra athaliam. et propter puerum in sabbato constituerunt reges. Et fecerunt in hunc modum. Viginti quattuor erant summi sacerdotes. quorum unus in ebdomada vicis sue habitabat secum in ministerium. xiiij. mino-

res sacerdotes. et totidem cantores. et totidem ianitores. Diluculo vero sabbati pontifex qui ministraverat. cum turma sua egrediebatur ad propria. pontifex vero qui ministraturus erat ingrediebatur cum turma sua. Tunc autem ioiada per ampliam exercitu retinuit egressuros. et recepit ingressuros. faciens ex eis duas turmas. Adiunxit quoque tertiam turmam de centurionibus et leuitis quos convocauerat. et intrans domum saltus et domum armorum quam quodam fecerat david. dedit singulis arma et precepit egressuris. ut circumstarent regem in atrio interiori et custodirent. Ingressuris vero dixit ut ascenderent ad domum regiam ne serui regine egredientes ex ea unctionem regis impedirent. Sed hanc turmam diuisit in tres partes. precipiens. ut una observaret excubias regis. id est. porticus domus regie. Alia pars observaret portam seyr per quam ascendebatur de ciuitate in domum regiam. Tertia pars observaret domum messa. que dicitur porta scutariorum. id est. custodiam regis per quam de domo regie ascendebatur in templum. Tertiam vero partem quam collegerat de centurionibus et leuitis posuit ad custodiam atriorum templi ex omni parte. Tunc ipse cum reliquis sacerdotibus et leuitis et senioribus produxit filium regis et unxit eum in regem. et imposuit super eum diademam. et testimonium. id est. legem dei dedit ei tenendam in manibus. ut cum ipso habitu regni disciplina legis dei seruanda committeretur. Athalia vero accurrens. scidit vestimenta sua clamans. Coniuratio coniuratio. Et eduxerunt eam centuriones extra septa templi per portam equorum. et interfecta est ibi. Deduxerunt quoque regem per portam scutariorum in palatium. et sedit super thronum regium. Et letatus est et populus terre. quia abstulerat dominus opprobrium. ne regnaret mulier super eos. et destruxerunt templum baal. arasque et imagines quas fecerat ioaba et athalia. Mathan quoque sacerdotem baal occiderunt coram altari. Septem annorum erat ioas cum regnare cepisset. anno septimo hien regis israel et quadraginta annis regnavit in hierusalem. et fecit rectum coram domino cunctis diebus.